BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
20 A
25

17

13. 6. 6. 27

I 0 35

FRANCISCI TOPII POLITIANI I. V. D.

Ad Legem Princeps Dig. de Legibus

COMMENTARIA.

IN QVIBVS PRINCIPIORVM, ET Quæſtionum ferme omnium, quæ ad hanc materiam pertinent, & quæ Iuriſperitus, quiq. publicam perſonam gerit, maxime verò qui clauum Reipublicæ tenet, ignorare nullo modo debet; explicationes non vulgares continentur.



SVPERIORVM PERMISSV.

ROMÆ, Apud Aloyſium Zannettum. M.D.XCIV

BIB. S. VAL. ROM.

V

SANCTISSIMO

PATRI, ET D. N.

CLEMENTI VIII.

PONT. MAX.

Franciſcus Topius.

PRINCIPES viri Beatiſſime Pater ad Iuſtitiam integre obſeruandam maxime animũ intendere debent. eſt enim Princeps imago Dei, omnia recte conſtituentis, ac

regentis. Idcirco magna eius Reipublicæ felicitas eſt, quæ rectorem ac Principem diuino munere obtinuit, qui communitatis regimini, eiusque tutelæ ad bene, beateq. viuendum ſit omnino ſalutaris. Talis autē minime poterit eſſe Princeps, qui hac virtute præditus non fuerit: quæ vnicuique quod ſuum eſt diſtribuit: quæque optimo Principi perneceſſaria eſt: & in cuius adminiſtratione optatiſſimus, ac tranquillus beatæ vitæ ſtatus conquieſcit. Quo factum eſt, vt cum Commentaria in Legem Princeps Digeſtis de Legib. ſuperioribus annis compoſuerim (materia certè, ex qua Iuſtitiæ defenſio, ſi expedite explicetur, ſin minus iniuſtitiæ tyrannis exoritur) ea tibi vniuerſæ Eccleſiæ Pontifici

Maximo, Principumq. Moderatori dicare ſim auſus. Accipe igitur beatiſſime Pater has meas lucubrationes, quas ob materiæ grauitatem, & fortaſſe etiam nouitatem; ſicut ſi non vndequaque, ſaltem aliqua ex parte tibi iucundas fore confido; ita & meæ in te obſeruãtiæ perpetuum teſtimonium eſſe peropto. Precor interim Cæleſtem Regem, vt quoniam te omnibus, qui bona ſtudia colunt, in Patrem, ac Paſtorem dedit; a quo ſit magna liberalium artium, ac diſciplinarum ſeges, ac prouentus expectandus: & Chriſtianæ Reipublicæ, procellis temporum turbulentiſſimorum adhibuit; quo regente, & protegente Deo, nemo non modò naufragium expaueſcat, ſed neque a recto tra-

mitė declinationem timeat; etiam tibi perpetuam felicitatem elargiátur. Vale.

AD LE-

AD LECTOREM PRÆFATIO.

SAEPE ego miratus ſum nobiliſſime Lector, quãobrem permulti iuris, tum Cæſarei, tum Pontificiȷ̃ interpretes, Principis poteſtatem tam latè patere affirmauerint, vt non ſolum dixerint: Quod Principi lubet, licet; certè non ſine magno Reipub. detrimento, & interitu; verum etiam: Princeps omnia, quæ ſupra ius, & contra ius ſunt, efficere poteſt; cui nec reſiſti, nec, cur ita facis? poteſt dici, nec vlterius de eius factis dubitari: ad ius quidem hoc etiam trahentes, ſuper quo Princeps po-

teſtatem nullā habet. mouentur potiſſimum, quia, vt ipſi inquiunt, Princeps legibus ſolutus eſt. l. Princeps. ff. de legib. Igitur ſi quo modo poſſem hæc ſtudia iuuare, tentandum duxi, etiam ſi conatus mihi perire poſſit: nam & hoc ago, vt doctiores viros ad tam pulchrum laborem reip. præſtandum inuitem. Idque libentius facio, quoniam iſthæc Principis materia, reliquis omnibus altior, frequentior, & vtilior, vt eſt; ita incultior, maleq. digeſta, & elaborata à noſtris relicta eſt; etiam ab ijs, qui hanc notam iure, & merito alijs inurere viſi fuerunt. Neque in vitium mihi vertas, rogo, ſi ſæpe plura ex Ariſtotele in medium adduxerim; quæ tamen non ſine legibus, Iuriſperitorumq. auctoritatibus comprobata inuenies, quandoquidem ciuilia iura ex principijs philoſophiæ examinanda ſunt. vnde Cic. de legib. 1. non à Prætoris edicto, neque à XII. tabulis, ſed penitus ex intima philoſophia hauriendam cenſet iuris diſciplinam. immo verò litigioſa, inquit, legum ratio, ignoratio iuris potius eſt, quàm ſcientia. & in Tuſculanis diſputationibus: Tu legum inuentrix, (loquitur

enim

enim de philoſophia) tu magiſtra morum, ac diſciplinæ fuiſti. & Iuriſconſultus.ff.de inſt. & iur.l.1.Veram, inquit, philoſophiam, non ſimulatam affectamus. docet Ant. Galleſ.in epiſt. ad Card. S. Angeli inter legalia eiuſdem Galleſii Opuſcula, & Sot. in proœm. de iuſt. & iur. vbi iura ciuilia ex media morum philoſophia prodijſſe affirmat.& in lib. 1.q.1. art.3.quòd explanatio verborum Iuriſconſulti morali philoſopho incumbit. id quod conſtanter aſſeuerat Salomo. in repet. d.l.1.nu.31.& rationem aſsignare videtur. Quintilianus in lib.12.cap.2.inquit enim: Magis horum principiorum æqui ſcilicet, iuſti, veri, boni, & his contrapoſitorum, philoſophi, in poſſeſsione fuiſſe videntur. Inde Philoſophorum dicta, & præſertim eorum, qui leguntur in ſcholis, vt Ariſtotelis, probant l. ſi pater. ff. de ſolut.cuius dicta tanquàm fontem intellectus ius ciuile ſequitur, vt dixit Bal.in l.fin.col.pen.C. de fideicom. libert.Re enim vera partes philoſophiæ ſibi mutuo opem ferunt: & leges nil aliud ſunt, niſi præcepta Iuſtitiæ, & fœtus Prudentiæ. Iuſtitia, & Prudentia in lib. de Moribus

expli-

explicantur. Rogo etiam, ne vitio mihi vertas, quòd multa ex alienis auctoribus deſum pſerim; quæ cum ſint noſtris incognita, ab illis vtique petenda ſint; non multiplicis do ctrinæ oſtentandæ gratia, vel temere, & nul la de cauſa, ſed quæ propoſitæ rei apte cohereant, lucemq. illi aliquam afferre poſsint. quod non modo non improbandum, ſed ſum mopere commendandum cenſeo. video enim hanc legum diſciplinam cum reliquis ſtudiis commercij plurimum habere; ita vt ex eis multa paſsim deſumi poſsint, quæ legitimis etiam quæſtionibus ad veritatem facilius obtinendam momenti non parum habeant. Ad legum namque ſtudia, cum iuris ipſa cognitio, teſte Cic. de orat. magna, ac difficilis ſit; citra bonarum literarum cognitionem fruſtra quiſquam accedit: & operam, vt tritum eſt ſermone prouerbium, & oleum perdit. Id quod etiam nobis ſuaderi poſſe videtur ex definitione Iuriſprudētiæ, quā tradit Vlp. in l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iur. quando inquit: Iuris prudentia eſt diuinarum, atque humanarum rerum notitia, iuſti, atque iniuſti ſcientia, cum annotat. per

Salomo.

Salomo. inibi in fine. Quibus accedat D. Hieronymus, vndecumque eruditiſſimus, epiſt. 75. inquit enim. Quia operis mei eſt, & ſtudij, multos legere, vt ex plurimis diuerſos flores carpam; non tam probaturus omnia, quàm quæ bona ſunt electurus. aſſumo multos in manus meas, vt a multis multa cognoſcam, ſecundum illud, quod ſcriptum eſt: Omnia legentes, quæ bona ſunt retinentes; præclare autem epiſt. 84. vbi videndum eſt. Tu velim, optime lector, ſi quid erit in his commentariis, quod ad Dei gloriam, communemq. hominum vtilitatem tibi vſui eſſe poſſit; eo vtare, & ſoli Deo, bonorum omnium auctori gratias agas; ſi quid vero inter legendum occurrerit, aut parum æquabile, aut minus eleganter dictum, illud ingenioli mei tenuitati adſcribas.

FRAN-

FRANCISCI TOPII I·V·D. POLITIANI

Ad l. Princeps. ff. de Legibus COMMENTARIA.

Lex XXXI. Vlpianus lib. XIII. ad legem Iuliam, & Papiam.

Princeps legibus ſolutus eſt: Auguſta autem licet legibus ſoluta non ſit, Princeps tamen eadem illi priuilegia tribuit, quæ & ipſe habet.

SVMMARIVM.

1 *Concluſio latet in ſuis principijs.*
2 *Omne ius potentius eſt in cauſa, quàm in cauſato.*

Prin-

3 *Principijs credendum eſt magis, quàm concluſioni.*

4 *Scientia legalis per cauſam procedit.*

5 *Lex non ſcitur, niſi eius cauſa ſciatur.*

6 *Principium cuiuſque rei, potiſſima pars.*

7 *Quæ malo incboata ſunt principio, vix eſt, vt bono exitu peragantur.*

IMprimis conſiderandum eſt, quòd contextus verborum iſtius legis, concluſio quædam eſt.
1 † Concluſio autẽ eſt res quædam latens, vti effectus in ſua cauſa, vt per Ariſt.lib.1.Poſter.& facit text.in l.ſi quis nec cauſam.ff. ſi cer. pet.l.1.ff.de auct.tut.l. conditionibus pupillus.ff.de condit. & demonſtr. adſtipulatur l.digna vox.C.de legib.vbi Caſtrẽſ.
2 not.inquit. † Omne ius potentius eſt in cauſa,quàm in cauſato,& repetit in conſil.159.In cauſa appellationis, in fine.
3 † Sicut enim propter principia credimus concluſioni, ſtatim enim animus viſis principijs concluſionem in illis, tãquam in ſpeculo intuetur: ſimul autem videt ſpeculum, & ea quæ ſunt in ſpeculo:

lo:

lo: videt enim cauſam, & quod illius eſt. cauſa. Siquidem auctore Ariſt. 1. Phyſic Tunc arbitramur ſcire vnamquamque rem, dum principia prima cognoſcimus vſque ad elementa, & repetit Cagnol. in proœm. ff. nu. 1. ita effectum propter cau ſam certò cognoſcimus. Hinc belliſsime Bar. in proœm. Inſtit. ſub num. 8. dixit:
4 † Scias, quòd hæc ſcientia per cauſam procedit, cum ſit vera philoſophia. l. 1.
5 ff. de iuſt. & iure. † Vnde lex non ſcitur, addit, niſi & eius cauſa ſciatur. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pat. & l. ſcire leges. ff. de legib. & Bald. in d. l. 1. col. 1. inquit: Qui vult ſcire quid rei, oportet noſſe principia; in quibus nemo debet errare, & idem dixit in rub. ff. de orig. iur. in fin. & in l. non omnium. in fin. ff. de legib. quia finis infertur ex principio valido, vt inquit idem Bal. in l. cum & minores. col. vlt. C. ſi aduerſ. rē iud. refert Neuiza. in conſ. 17. in prin. & exornat late in ſilua nuptia. lib. 1. nu. 199. & dignus eſt, qui videatur Fort. Garz. in l. 1. nu. 53. ff. de iu ſtit. & iure. Hinc Caius, & Pomponius, facturi legum interpretationem, auctores earum repetunt ab incunabulis Romanæ ciuitatis: quandoquidem is, qui prin-
cipium

cipium ignorat, is rem ipſam non recte percipit; † cuius potiſsima pars principium eſt. l.1.& 2.ff.de orig.iur.& late Oldra.in conſ.200.in prin. Ariſt.1.Ethic.c.10.& c.8. vbi inquit: Quocirca plus principium, quàm dimidium totius rei valet. & D. Greg.Nazianz.in orat. de Modeſtia in diſcept.obſer.in prin. Quandoquidem poſsibile haud eſt, inquiens, vt nouiſsima recte cognoſci queant, niſi prius bene conſiderentur principia, at principijs cognitis, ad omnia recte inferre poteris, vt inquit Fort. Garzi. in l. Gallus.§.& quid ſi tantum.nu.307.ff.de lib. & poſthu. Eadem ratione Vlpianus explicaturus locos ſuſpecti criminis: Primum igitur, inquit, in l.1.ff.de ſuſpe.tut. tractemus vnde deſcendit ſuſcepti crimen; & paulo infra. Sciendum eſt ſuſpecti crimen ex lege XII. tabularum deſcendere, hoc eſt, agnoſci per legem puniri: neſciremus enim crimen eſſe, niſi lex diceret, & D. Paul. ad Rom. 7. Sed peccatum non cognoui, niſi per legem: nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret. & Iuſtinianus Imp.in Auth, quomo.opor.epiſc.in prin. Bene & competenter vniuerſa geruntur, ſi princi-

pium

pium decens fiat, & amabile Deo, vt enim monet Ariſt. in proœ. Phy. & tex. 77. ac alibi ſæpe, in omni diſciplina primò ea ſunt declaranda, quæ ſunt principia, & communia fundamenta vniuerſæ diſciplinæ. & in 8. tex. 22. ita enunciauit. Manente principio, neceſſe eſt manere quod continuatur cum eo. deficiēte autem fundamento, nihil ſuperædificari poteſt, can. cum Paulus 1. q. 1. †. Et

7 quæ malo inchoata ſunt principio, vix eſt, vt bono exitu peragātur, inquit tex. in can. principatus. 1. q. 1. & Ariſt. in 5. Polit. cap. 1. Neque prætereundus eſt Polybius lib. 1. Hiſtor. in prin. vbi ita inquit: Nam principio quidem ignoto, vel per Iouem ſubobſcuro, neque ea quæ ſequuntur perſuadere, aut facere fidem poſſunt. quòd ſi vero opinio de principio vera ſit, tunc omnis quoque conſequens ſermo facile auditorum auribus ſatisfacit.

SVMMARIVM.

1 *Lex Regia fuit cauſa, propter quam Princeps legibus ſolutus fuit.*

2 *Legem Regiam tulit Lucius Flaccus Interrex*

de Sylla Dictatore perpetuo.

3 Legem ferre, eſt auctorem legis eſſe.

4 Legem ferebat Conſul, Prætor, Dictator, Interrex, & Tribunus plebis.

5 Lege Regia Princeps etiam legibus ſoluebatur.

6 Legis Regiæ fragmentum extat in Capitolio

7 Lex Regia renouata eſt in C. Iulio, & poſt eum in cæteris Imperatoribus.

8 Princeps, dictio in hac l. Princeps Imperatorem deſignat.

9 Princeps nomen Tyranno non conuenit: ſed illi tantum, qui iuste dominatur.

10 Dictatores & Imperatores Romani non erant ſupremi principes.

11 Principes, qui lege Regia ſoluebantur limitatam poteſtatem habebant.

12 Princeps quis & vnde dicatur.

13 Legibus ſolutus, hoc eſt, qui legibus minime tenetur

14 Princeps an legibus a ſe latis ſubijciatur

15 Princeps in foro conſcientiæ legibus ciuilib. obligatur.

16 Res quo ad exiſtentiam pendent ab agente, non quo ad eſſentiam.

17 Eſſentiæ ſunt æternæ.

18 Lex quoad exiſtentiam pendet a legiſlatore non quoad eſſentiam.

19 Lex quòd obliget, eſt participatio quædam legis

gis æternæ Dei.

20 *Princeps qui legib. ſubijcitur, vere liber eſt.*

21 *Legibus ſolutus quis eſſe poteſt, & tamen ſubditus remanere.*

§. PRIMVS.

PRINCIPIA igitur
legis noſtræ inueni-
re oportet, ſi veram,
& non ſimulatam il-
lius ſcientiam tene-
1 re velimus. †. Prin-
cipium autem, ſiue
cauſa, propter quam Princeps legibus
2 ſolutus fuit, Regia lex eſſe videtur; †
quam Lucius Flaccus Interrex tulit de
Sylla Dictatore perpetuo; qua ei ſum-
mam & plane regiam omnium rerum
poteſtatem in Ciuitatem permiſit. nam
cum C. Marius Marij ſepties Coſ. F.
Conſul Præneſte per Q. Lucretium, Cn.
Papirius Carbo eius collega per Cn.
Pōpeium, Syllanos duces, occiſi eſſent;
eoque modo Reſp. ad Interregem re diſ-
ſet; Lucius Flaccus, Interrex proditus,
tulit legem, vt quæcunque Sylla egiſſet:

rata eſſent, vtque ei omnia licerent. de hac lege Cic. 1. de legibus: Iam verò ſtultiſsimum illud exiſtimare, omnia iuſta eſſe, quæ ſita ſint in populorum inſtitutis, & legibus; etiam ne ſi quæ tyrannorum leges? ſi triginta illi Athenièſes delectarentur legibus; num idcirco hæ leges iuſtæ haberentur? nihilo credo magis illa, quam Interrex noſter tulit, vt Dictator quem vellet ciuium, indicta cauſa, impune poſſet occidere: idem tertia in Rullum; Omnium legum iniquiſsimã, diſsimillimamq. legis eſſe arbitror eam, quã *Lucius* Flaccus Interrex de Sylla tulit, vt omnia quæcunque ille feciſſet, rata eſſent. nam cum cæteris in ciuitatibus tyrannis inſtitutis, leges omnes extinguantur; hic Reip. tyrannum conſtituit. Et Appianus de bello Ciuili lib. 1. Lucius Valerius Flaccus, Interrex a Senatu proditus, deſtituta Conſulibus ciuitate, Carbone, & Mario interſectis, tulit legem, vt Sylla perpetuus Dictator crearetur: & quæcunque is geſſiſſet, rata eſſent. vnde cum Populus Romanus vidiſſet, ſe nihil amplius ſecundum leges decernere poſſe, nullumq. in Rep. ſibi relictum

eſſe locum, vt qui arbitratur, rem ad ſe amplius non pertinere; Syllam Dictatorem, & Principem, qui pleno iure regnaret, creauit. & ita ſub Rege fuit. Cuius rei geſtæ nullam mentionem feciſſe Tiraque oportunum de Iur. Primogen. q. 17. opi 4. num. 25. mirum videtur. Plane hoc eſt, quod recentiores repetẽtes, & Caghol. in l. 2. n. 184. ff. de Orig. iur. inquiunt. Quòd autem ſcribit Iuriſconſultus, ſiue Tribonianus, vt placet Hotomano in §. lex Inſt. de iur. nat. neceſſe fuiſſe per vnum conſuli; quaſi Senatus omnes prouincias regere nõ potuiſſet; non eſt ſimpliciter accipiendum: nihil enim Senatui in prouincijs regũdis, vel induſtriæ, vel tẽporis defuiſſet, ſi principes viri in officio remanſiſſent: ſed diſſimulanda eſt ea Iuriſconſ. conniuentia; qui veritatem hiſtoriæ temperando, principem ſub quo vixit, offendere noluit: Res enim publica Romana in Principes non vltro, ſed vi, & bellis redacta eſt: & cum nulla eſſet libertatis ſpes, Populus Romanus, iam iugum ſeruitutis ferre aſſuetus, lege Regia omnem poteſtatem in Principes transfudit, vt quod neceſſe erat pati, legis Re-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

giæ titulo contegeretur. etſi dicti recentiores, & Cagnolus hoc imprimis de Iulio Cæſare, & Octauiano Aug. qui poſt Syllam calliditate, & aſtutia, atque vi rerum potiti ſunt, non bene affirmare videantur: quoniam ad legem Regiam, quam Lucius Flaccus Interrex tulit, non reſpexerunt; quæ quidem ab aucto-
3 re ipſius dicta eſt: † quippe quòd legem ferre, eſt auctorem legis eſſe, Cic. poſt reditum. legem Tribunus plebis tulit,
4 vt auſpicijs &c. † & quia maiores tantum magiſtratus leges ferebant, Conſul. 5. Prætor, Dictator, & Interrex, vt docet Hotomanus in d. §. lex, & Paulus Manutius in Addit. ad Calep. in ver. lex, qui & minorem magiſtratum addit, Tribunum, ſ. plebis. nam & ipſe legem ferebat. Non autẽ Regia dicta fuit, quòd ea ad Populum ius creandi Regis pertineret, cum & Auguſti tempore non de Rege (nomen enim iſtud maximo erat odio apud Romanos) ſed de vno Principe conſtituendo ageretur, vt animaduertit Didac. Couar. lib. 1. Pract. quæſt.
5 cap. 1. num. 3. † Eadem autem lege Regia Princeps etiam legibus ſoluebatur, vt not. etiam Salomo. hic, & Muret. in l.
1. in-

l. infra de conſtit. Princ. Id enim indi-
6 cat lex lata de Imperio Veſpaſiani † quæ adhuc prope tota extat in Capitolio, e Baſilica lateranenſi translata ex ære, vt nouiſsime teſtatur Fuluius Vrſinus in Notis ad leges, & Senatus-conſ. quæ in veteribus cum lapidibus, ærisq. tum ſculptorum monu. reper. in qua ita ſcriptum eſt: VTIQVE QVIBVS LEGIBVS PLEBEIVE SCITIS SCRIPTVM FVIT NE DIVVS AVG. TIBERIVSVE IVLIVS CAESAR AVG. GERMANICVS TENERENTVR IIS LEGIBVS PLEBEIQVE SCITIS IMP. CAESAR VESPASIANVS SOLVTVS
7 SIT. † Hæc autem lex renouata eſt in C. Iulio Cæſare, cum Dictator perpetuus creatus eſt. Interfecto Cæſare, cum lege Antonia Dictaturæ nomen e Rep. in perpetuum ſublatum eſſet, Auguſtus, & poſt eum cæteri, non quidem Dictatores, ſed, quod idem re, & effectu erat, Imperatores perpetui creati ſunt l. vnica infra de offic. Præfec. Præt. Eis autem, vt primum creati erant, eadem illa lex renouabatur, ſed id poſtea fieri deſitum eſt, cum etiam ſine eo poſſent: & omnis Senatus, ac Populi auctoritas prorſus

extincta eſſet, vt not. Muret. in d. l. 1. Eadem lex appellatur lex Imperij in l. ex imperfecto. C. de teſtam. & deſcripta eſt per Salomo. in lib. 7. de Principatu. Non ignoro, quamplures Iuriſperitos affirmare; Populi auctoritatem lege Regia in Octauianum Auguſtum primò translatam fuiſſe; inter quos videre eſt Caſtrens in l. non ambigitur. ff. de legib. Cagno. & recent. repeten. in l. 2. ff. de orig. iur. Alcia. in l. bona ciuitatis. ff. de ver. ſig. Didac. Couar. in lib. 1. Pract. quæſt. cap. 1. n. 3. & Reſta. Caſtal. de Imperat. q. 4. n. 1. Alij autem arbitrati ſunt, huic rei principium Iulium Cæſarem extitiſſe; in quorum numero eſt Aeneas Syluius olim Pius ſecundus Pont. Max. in lib. de Ortu, & auctorit. ſacri Romani Imperij cap. 5. Vent. Cæcus in d. l. 2. §. nouiſsime ff. de orig. iur. & Myſsing. in §. ſed quod Principi Inſt. de iur. nat. quoniam, vt dictum eſt, notitiam de dicta lege, quam tulit Lucius Flaccus Interrex minime habuerunt. Nonnulli verò inquiunt Regiam legem idcirco dictam, quòd ius Regis creandi, lege lata, Romulus Rex Populo Romano conceſſerit, pro vt exiſtimat Corraſ. in lib. 6. Miſcell.

ſcell.cap. 8.& Ant.Auguſtinus in lib. de legibus,& Senatus conſ.cap.de lege Regia,ac etiam Paul.Manut.in lib.de legibus, vbi affirmat, regiam legem latam eſſe ineunte regnum Romulo; alio tamen modo.inquit enim:Sed ante omnia Romulus videtur, ne quis vnquam ſuas leges,aut facta poſſet infirmare, legem illam,quam Regiam Vlpianus vocat,de ſuo Imperio tuliſſe: cum Populus ab eo rogatus,omne ſuum ei, & in eum imperium, omnemque poteſtatem contulit. Idem atteſtatur Frãc. Hotoma. in Indice legum Rom. Regia, inquit, de vnius imperio lata eſt,ineunte regnum Romulo,qua Populus omnem ei poteſtatem in ſe conceſsit. adductus eſt autem ad id dicendum ex Liuio lib.34.quando in perſonam Lucij Valerij Tribuni plebis pro lege Oppia de Matronarum cultu abroganda concionatus,inquit:Ex vtro tãdem genere ea lex eſſe videtur, quam abrogamus? an vetus Regia lex ſimul cum ipſa Vrbe nata? aut, quod ſecundum eſt,a decem Viris ad condenda iura creatis in xij. tabulis ſcripta? & approbat hanc ſuam opinionem in Comment.Inſtit.de Iur,nat. §.ſed quod Prin-

cipi

cipi: De lege autem Regia, inquiens, cognoſce ex noſtro Indice; vbi nos primi omnium, legem a tam multis, & diligentiſsimis viris quæſitam ex Liuij lib. 34. & Romanis antiquitatibus, in lucem eruimus. Hotomanum autem ſecutus fuit Iacob. Cuiac. in §. ius naturale Inſt. de iur. nat. gent. & ciu. cum inquit: Lex Regia cum ipſa. ſ. Vrbe nata. Verum Hotomanus non bene id ex Liuio expreſsit. Regia namque lex, de qua meminit Liuius, illa certe eſſe videtur, quam inter leges à Romulo ſancitas primum deſcripſit Dionyſi. Halicarnaſ. lib. 2. hoc modo; Erat autem talis lex, mulierem nuptam, quæ per ſacras leges viro coniuncta eſſet pecuniarnm omnium, ſacrorumq. eſſe ſociã; quam quidem Lucius Valerius adduxerat contra M. Catonem pro abrogãda lege Oppia. quod videtur etiam annotaſſe Tiraq. in tract. Ceſſan. cau. par. 1. n. 44. Plane Regiam legem non eſſe illam, quam Corraſ. Manut. et Hotoma. a Romulo latam eſſe dicunt; vel ex hoc vno cognoſci poteſt, quando prædicta monumenta minime extarent; nẽpe ex ipſo legis Regiæ fragmento, et l. 2. §. nouiſsime. ff. de orig. iur.

Hoto-

Hotomanus verò minus a recto tramite aberraſſe videretur, ſi Regiam legem apud Platonem in Minoe, ſiue de lege potius, ſe inueniſſe dixiſſet. inquit enim Socrates; Quamobrem in conſtitutionibus de iuſtis, atque iniuſtis, deque Ciuitatis ordine, et gubernandi ratione tractantibus quodcumque rectum eſt, Regia lex exiſtit: non rectum verò, nequaquam lex Regia, quia ſcientia deeſt, eſſe videretur: quippe cum illegitimum ſit. Hanc autem Regiam legem ſuperni Regis imitatricem appellant Orpheus, et Plato, prout Marſilius Ficin. in argumĕ-
8 to ibidem notat. † Princeps autem dictio in hac lege noſtra, Principem Romanorum, ſiue Imperatorem per Antonomaſiam deſignat, vt inquit Aret. in procem. Inſtit. per illum tex. n. 1. et per tex. in §. Sed quod Principi Inſtit. de iur. nat. et Pet. Antibo. in tract. de Muner. §. Amodo verſ. Tenetur; & eſt verſus: Princeps, Auguſta, Iudex, aut officialis; quĕ ponit Accurſ. in §. contra autem in ver. Alienare Inſt. quib. alie. lic. & eſt tex. in Nouell. tit. xv. quomo. lice Imperat. id ipſum datur nobis intelligi ex tex. legis noſtræ, iuncta l. 1. ff. de conſtit. Princ. &

tradit Corne. iurib. prædictis adductus in conſ. 1. n. 12. lib. 3. & ante eos Bal. in procem. ff. n. 2. vbi multis modis dictionē, Princeps, exponit; de quo meminit, licet corrupte Curt. Seni. in conſ. 73. in
9 fin. † Neque nomen iſtud, Princeps, Tyranno conuenit; verum illi tantum qui iuſte dominatur, glo. in ver. Regum in
10 Clem. de Baptiſ. † Et quamuis huiuſmodi Principes ſiue Dictatores vel Imperatores non eſſent vere ſupremi, & abſoluti Principes (licet re, & effectu tales exiſterent) id quod exemplo Auguſti Imperatoris datur nobis intelligi; qui, vt auctor eſt Dion lib. 56. cum Liuiæ eius vxori donare vellet pluſquam lex Voconia permittebat; ad hoc vt firmior eſſet eius donatio, petijt à Senatu, vt ipſe legibus eum ſolueret: cum multo ante ex publico decreto legibus ſolutus fuiſſet. Sed hoc ideo fecit, quia non erat Princeps ſupremus. Id quod etiam indicare videtur fragmentum dictæ legis
11 Regiæ; † in quo Principis poteſtatem potius limitatam, quàm abſolutam legimus: & quod Princeps non ſoluebatur omnino omnibus legibus; vt etiam recent. repet. & Salomo. ac Mure. recte quidem

dem hic,& alibi notant,& Ant.Auguſtinus in lib.de legib.in fine; licet contrarium receptius eſſe dicat,quod non mirũ certe ob ignorata principia; ſi enim erãt Principes ſupremi,vt quòd legibus ſoluebãntur? attamẽ nobis ſatis eſt tex. in d.l.1.ff.de Conſt.princ.& in §.ſed quod Principi Inſtit. de iur. nat. quibus accedant tex. in l.2.§.nouiſsime ff. de orig. iur. in l. vnic. ff. de offic. Præfec. Præt. in l. vnic. ff. ad legem Iuliam de ambitu. & in l.1.§.hoc etiam.C. de vet. iur.enucle.quorum auctoritatem in terminis iuris ciuilis neceſſariam eſſe, ne-
12 mo eſt,qui neſciat. †Quis autem,& vnde dicatur Princeps, habetur late in Clem. vnic. vbi Ab.de Baptiſ. & per Tiraq. de Iur. Primogeni.in præfat. n.36.
13 †Legibus autem ſolutum eſſe Vlpianus accipit pro eo, quod eſt non teneri, vt
14 Budæ. hic notat. † An vero Princeps legibus ſubijciatur(diximus enim quòd Princeps legibus ſolutus fuit per Populum Romanum, ſeu per legem Regiam; quicquid dixerint nouiſsimi Seneſes in hac l. Princeps, & quidem etiã contra verba ipſius textus, quando inquit: Princeps tamen eadem illi priui-

legia

legia tribuit, quæ & ipſe habet) nunc autem an legibus à ſe latis ſolutus ſit. Reſpondēdum eſt, quòd non poteſt Princeps ſuis legibus obligari, cum non ſit ipſe ſe ipſo ſuperior: & ſolum a ſuperioſe inferioribus leges ferantur: Dicere namque: Princeps ſuis legibus tenetur; hoc nihil aliud eſset, niſi Principem ſubditum eſse ſuæ voluntati, a qua leges ciuiles, quas ipſe condit, dependēt. Declaratur tamen hoc minime locum ſibi vendicare in lege, quæ honeſtatem, et rationem naturalem, non autem ciuilem, in ſe continet: a dicta namque lege Princeps minime ſolutus eſt; vt dicemus in §.8.n.4. quicquid de æquitate naturali ſine radice veræ doctrinæ dixerit sfort. Od. de Reſtit. in integr. q. 15. art. 1 vt ex ijs quæ docet Ariſt. 5. Ethic. cap. 10. et in ſpecie Albert. Bolog. de lege Iur. et Aequit. cap. 30. n. 5. facile unuſquiſque cognoſcere poterit. † Quantum uerò attinet ad Dei iudicium, ſiue in foro conſcientiæ, Princeps legibus humanis et ciuilibus obſtringitur, iuxta D. Thom. doctrinam 1. 2. q. 96. art. 5. in reſp. ad tertium, ubi inquit, quòd Princeps legibus ſolutus non eſt, quantum ad uim directiuam

15

ctiuam legis, licet ſolutus ſit quantum ad vim coactiuam ipſius. nam,vt ait ibi Caietauus; ex quo lex eſt condita a poteſtate Principis, vis directiua dirigigitur, obligando in foro conſciētiæ auctoritate legis æternæ abſque quacumque operatione Principis. quod nō accidit in vi coactiua quoad eius operationem: cum fruſtra ſit illa potentia, quæ non reducitur ad actum: non enim ſuperiorem habet. Accedat ad maiorē
16 intelligentiam, † quòd ſicut res cœteræ, quoad exiſtentiam pendent ab agen
17 te, non quoad eſsentiā † eſsentiæ enim ſunt æternæ:ſunt enim quædam partici
18 pationes poſsibiles diuinæ eſsentiæ; † vt Theologi docent recte quidem, vt pleraque alia omnia,ita etiā lex quoad exiſtentiam pendet a legislatore. non enim erit lex,niſi dictetur ab eo,qui habet auctoritatem: at quoad eſsentiam
19 non pendet.† quòd enim lex obliget,eſt quid æternum,et immutabile, et participatio quædam legis æternæ Dei; quæ eſt ptima,et ſumma regula. et quod lex obliget in conſcientia tradit late Didac. Couar. in conſtit.Alma mater par. 1.§.1.n.4.et D.Thomam refert,et ſequitur

tur Felin.in cap.1.n.34.de conſtit.& ante eum idem affirmauit Ioan. Mona. in c.vni.in extrauag.de dol.& contu.in vltim.ſcholio,et Salomo.hìc, et Agapetus ad Iuſtinianum Imp.cap.27.quando,inquit: Tibi ipſi cuſtodiendi leges impone neceſsitatem, cum non habeas in terris,qui te poſsit cogere; et declarat Alberic. in hac l. Princeps in fine: Eſt autem,inquit,notandum,quod legislator, et ſubditi diuerſiſsime ad obſeruantiā legis tenentur,nam ſubditi tenentur,neceſsitate coactionis,legislator ſola voluntate promotionis boni communis: non enim imperat ſibi, vel cogit ſe ipſum, vt infra de arbitr. l. pen. Quò ſpectare videntur tradita per Fort.Garzi. in l.Gallus §.et quid ſi tantum.n.295. ff. de lib.et poſthu.Eſt autem hìc adnotandum, vt Caietanus inquit adamuſim in d.art. 5.quòd ex ſuppoſitione,quòd Princeps legem voluerit, obligatus remanet: et non minus libèr quoad velle, et nolle; ſed quoad bene, vel male velle
20 quod in lege poſitum eſt. † Ex quo datur intelligi,perpende quæſo,quòd cùm dicimus, Principem legibus ſubijci, nō inde enunciamus, quòd Princeps vere

liber

liber non ſit, immo magis eius perfecta libertas earum directione iuuatur. id quod perſpicuum fit ex iis, quæ tradit D. Anſelmus de libero Arbitrio cap. 1. vbi ita inquit: Quæ tibi voluntas liberior videtur, illa, quæ ſic vult, et poteſt non peccare, vt nullatenus valeat flecti a non peccandi rectitudine; an illa, quæ flecti aliquo modo poteſt ad peccãdum? Reſp. cur non ſit liberior illa, quæ ad vtrumque ſe habet, non video. an non vides, quoniam qui ſic habet, quod decet, et quod expedit, vt hoc ammittere nequeat, liberior eſt, quàm ille, qui ſic habet hoc ipſum, vt poſsit perdere; et ad hoc quod nõ decet, et nõ expe-
21 dit, valeat adduci? ita D. Anſelmus. Cui accedat, quòd legibus ſolutus quis eſſe poteſt; et tamen ſubditus, illi, qui eum legibus abſoluit, remanere. exemplum eſt nob. magnus Põpeius, qui, vt refert Plutarchus in eius vita, legib. omnibus per quinquennium a Populo Romano ſolutus fuit: ſed nihilominus ſub imperio et abſoluta illius poteſtate relictus eſt. Quod igitur fundamentum legis noſtræ eſt; id niſi fallor, iactũ eſſe, videmus.

SVMMARIVM.

1 *Tituli,quibus homines regna, atque imperia poſſidere ſolent,plures ſunt.*

2 *Potentia actiua,eſt principium agendi aliud*

3 *Potentia actiua eſt cauſa, vt exequens id quod voluntas imperat, & ad quod ſcienta dirigit.*

4 *Poteſtas Principis iuris facultatem denotat, quæ iuriſdictionem tam voluntariam,quàm contentioſam comprehendi.*

5 *Poteſtas Pr.ncipis non eſt niſi ad bonum,cognitum per intellectum, electum per voluntatem,& exequibilem per ipſam potentiam.*

.§: SECVNDVS.

CONCEDAMVS igitur, Principem legibus nõ teneri, et liberum eſſe. diximus enim, quòd lege Regia Populus Romanus ei, et in eũ omne ſuum imperium, et poteſtatem conceſsit: quòdque eadem lege Regia legibus ſolutus fuit: ac inſuper quòd legibus etiam a ſe latis minime

obſtringitur, prout infra latius explicamus; et videamus; id quod opportune ſe nobis offert, quouſque Principis po-
1 teſtas ſe extendat. Neque me fugit; quòd Tituli, quibus homines Regna atque Imperia poſsidere ſolent, plures ſunt, Ius belli, ſucceſsio hæreditaria, electio populi, et alij, quos ponit Robert. Bellar. in lib. de Translat. Imperij a Græcis ad Françós cap. 7. in prin. et late Franciſcus à Victoria in priori Relectione de Indis nouiter inuentis ſect. 2. dicat quicquid vult, Fernand. Vaſq. in lib. Quæſt. Illuſtr. cap. 7. Sed cũ de abſoluta Principis poteſtate, quam tex. legis noſtræ nobis ob oculos ponit, agendum ſit, quod iuris in omnibus ſtatuendum ſit, apparebit. Neque arguendi ſumus, ſi de poteſtate Principis diſputare audeamus, cum Imperatori, et Sum. Pontifici a Deo poteſtates limitatę ſũt, ita exorditur Alex. in conſ. 106. lib. 2. vbi plura in hanc ſententiã adducit, et pulchre Iaſ. qui de Sum. Pont. uerba facit in conſ. 145. ſub n. 3. lib. 2. et late per Craue. de Antiq. temp. par. 1. in prin. n. 38. Illud autem primum omnium conſtituere oportet, ſi huiuſmodi inueſtiga-

tio recte ſit proceſſura, quòd potentia
2 actiua,† (quæ nihil aliud eſt,quàm prin cipiũ agẽdi aliud,vt Philos perhibet in 5. Meta.et Caiet. 1. 2.q.96. art. 5. in fi. qui proprie accedendo ad rẽ noſtrã inquit: Poteſtas gubernatiua eſt principiũ dirigendi in aliud,inquãtũ aliud, ut patet in 5.et 9.Meta.et per Bal.in conſ. 326. n.2.li.1.et Mart.Nauar.in c.nouit. in 3.not.n.83.de iudic. in proprijs terminis definit, eſſe facultatem propin-
3 quam ad aliquid agendum:)† eſt cauſa ut exequens id quod uolũtas imperat, et ad quod ſcientia dirigit,vt declarat D.Thom.in.1.par.q.19.art.4.in reſp.ad quartum, et q.25.art.1.in reſp.ad quartum,et q. 1.de Potẽtia Dei art.5. et per Bald.in d.conſ.326.n.2.Quibus præcognitis ponenda eſt concluſio: Poteſtas,
4 ſeu potentia Principis,†(quæ,ut Nauarrus tradit ubi ſupra, accipitur pro auctoritate ſiue facultate iuris, comprehendente iuridictionem tam uoluntariam,
5 quàm contentioſam)† nõ eſt niſi ad bonum cognitum per intellectum, electum per uoluntatem, et exequibile per ipſam potẽtiam. quod quidem tum uiribus,tum rationibus, et auctoritati-
bus

bus,iuxta.l.labeo uerſ.ſed ſi magnopere.ff.de ſuppell.lega. pro ingenioli mei tenuitate demonſtrare,et confirmare, Deo dante,conabor.

SVMMARIVM.

1 *Id poſſumus,quod de iure poßumus.*
2 *Poſſe peccare,non eſt aliquid poſſe.*
3 *Omnipotens ille ſolus vocatur, qui non poteſt peccare.*
4 *Princeps non aliud uult, niſi quod ſua iura volunt.*
5 *Princeps non intelligitur alicui uoluiſſe facere præiudicium.*
6 *In Principem translata eſt poteſtas legitima.*
7 *Princeps non poteſt facere, niſi quod iuſtum, eſt,& bonum.*
8 *Effectus quemadmodum ſine cauſa,ita Imperator ſine iura eſſe non poteſt.*
9 *Quod ſeruata honeſtate fieri non poteſt, uinculum reputatur.*
10 *Princeps debet uiuere ſecundum leges; quia ex lege eius pendet auctoritas.*
11 *Princeps pro communi hominum utilitate creatus eſt.*
12 *Finis humanæ legis,eſt hominum utilitas.*
13 *Finis humanæ legis bonus eſt.*

.§. TERTIVS.

1 ID † igitur poſſumus, ut diſputationem aggrediamur, quod de iure poſſumus. l. nepos Proculo. ff. de uerb. ſig. l. in eadem. ff. ex quib. cau. maio. l. non aliter. ff. de uſu, et habit. text. pulcherrimus in l. filius. ff. de condit. inſtit. ubi Paulus ita inquit: Nã quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, uerecundiam, et ut eleganter dixerim; quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe, credendum eſt; tex. not. in can. faciat 22. q. 2. can. Aggatoſa in fin. 27. q. 2. gloſſ. in clem. ſæpe in uer. poterit de uerb. ſig. et in can. ult. §. chari-
2 tas de pœnit. diſt. 2. ubi habetur: † Poſſe peccare, ut Auguſtinus ait, non eſt aliquid poſſe; immo aliquid non poſſe.
3 † unde ille ſolus uocatur omnipotens, qui hoc non poteſt: quia omnia poteſt; quæ poſſe, eſt aliquid poſse. repetit glo. in c. firmiter in uer. omnipotẽs de ſum. Tri. et fid. cathol. et eſt gloſ. not. in extrauag. unic. in gloſ. magna de dol. et contumac.

contumac.quæ ita dicit:Potētia,et poteſtas ſunt de genere bonorum: et poſſe malum,non eſt poſse, ſed nòn poſse: et Princeps iuris compedium,et poteſtatem trahere non poteſt ad iniquum diſpendium.l.eum qui C.de uſucap.pro empt.arg.l.1.in 2.reſp. ff. de offic. Proconſ.
4 conſ. † Inde dicimus, non aliud vult Princeps, niſi quod ſua iura uolunt. §. omnis Auctẽn.de iudicib.l.fin.C.ſi cōt. ius,uel util.pub. l. ex facto,ubi Iaſ. in 4. not.ff.de uulg.et pupil.ſubſt.cap.audita de reſtit.ſpoliat.adductum per Bald.in
5 conſi.121.num.2.lib.1. † Itē Princeps non intelligitur alicui uoluiſse facere præiudicium.l.2.§.meritò, et.§.ſi quis a Principe.ff.ne quid in loc.pub.c.ex tuarum de auct.et uſu pall. et ponit Alc.in reg.3.præſ.xi.cui addo cap.quamuis de
6 reſcripl.in 6. † Et in Principem poteſtas legitima translata eſt. l.1.ff.de cōſtit.princip.quam adducit Alc.in reſp.
7 209.num.7. † His ergo iuribus probatur: quòd Princeps non poteſt facere, niſi quod iuſtum,et bonum eſt. Quibus accedat etiam atque etiam tex.in l. digna uox.C.de legib. inquit enim Conſtantinus Imper. Digna uox eſt maie-

ſtate regnantis, legibus alligatum ſe profiteri: adeo de auctoritate iuris noſtra pēdet auctoritas. & re vera maius Imperio eſt, ſubmittere legibus principatum. O digna vox, o vox digna, e cælo allata, & tanto Imperatore digna. dicit enim ſi recte percipiatur, & animi perturbationes illam non
8 impediant: † Quemadmodum effectus ſine cauſa, ita Imperator ſine iure eſſe nō poteſt, prout appoſite quidem Pau. Caſtrenſ.ibi.n.3.tam eleganter, quàm vere dixit, et Cinus ibidē: Honos eſt eſſe
9 in tali ligamine, et dedecus extra: † nam quod ſalua honeſtate fieri nō poteſt, uinculum reputatur l.in eadem.ff. ex quib. cau.ma.repetit Ang.in d.l.digna uox, & late comprobat Rip.in Rub.de conſtit. num.17. Inde Bald. in compend. ipſius
10 legis digna vox: † Princeps debet viuere ſecundum leges, quia ex lege eius pēdet auctoritas. adſtipulatur Alexan. Imp.in l.ex imperfecto.C.de teſtam.vbi ita inquit; Nihil tam proprium Imperii eſt, quàm legibus viuere. ergo improprium eſt ſuo arbitrio viuere, argumentatur Salomonius in lib.6.de Principatu.in eadem ſententia ſunt Diui Seuerus

rus

tus,et Antoninus in §.vlt.Inſti.quib.per miſ.eſt fac.teſta.vbi Theophilus ita inquit: Quam quidem uocem,adeo diuinam,ſæpe in ore habere oportet,et poſt eos Paulus in l.ex imperfecto.ff.de lega. 3.ac etiã Vlpianus in l.Papinianus.§. ſi Imperator ff.de inoffic.teſta. vbi Bald. ſic inquit: Nota quòd Imperator vritur legibus in ſuis cauſis; et idem in Deo dixit gl.Atqui ſatis hoc etiam compro-
11 bari poſſe videtur: † quippe quòd Princeps ad commune bonum, et pro communi vtilitate potens creatus eſt l.2.§. nouisſime,ibi: Vt neceſſe eſſet Reipub. per vnum conſuli. ff. de orig. iur. l. 1. ibi: Regimentis Reipub.ff. de offi. Præfec.Præt.tex.in cap.1.de prohi.feu. alie. per fed.vbi Imperator ita inquit: Quoniam Imperialem decet ſolertiam, ita Imperii curam gerere, et ſubditorum cõmodum inueſtigare, vt Imperii vtilitas incorrupta perſiſtat,&ſingulorũ ſtatus illæſus ſeruetur. l.1. C.de nou.Cod. fac.l.vnic.C.de Iuſtinia. Cod.cõfir.& in titulo de emẽd. Cod.l.unic. C.de Senatuſcon.Clau. toll. et eſt text.pulcherrimus in l.vnic.§.fin.C.de caduc.toll. vbi Iuſtinianus Imperator ita inquit: Nec augu-

auguſtum priuilegium exercemus, ſed quod cõmuniter omnibus prodeſt, hoc Reip. noſtræ præferendum eſſe cenſemus: noſtrum eſſe ſubiectorum cõmodum imperialiter extimamus. Id quod in ſingulis fere *Auctenticorum* titulis repetit; præcipue uerò in titu. de Quæſtore, de Appellat. Vt neque Miles, Vt diui. iusſio. Vt nulli Iudic. et Vt diffe. Iudic. quibus in locis hoc præclare ha-
12 betur. † Finis namque humanæ legis eſt hominũ utilitas l. nulla. ff. de legib. hoc eſt ſalus eorum, morumque ſuorum inſtitutio, ut tranquille, et feliciter viuant. et refertur in can. erit autem diſtin. 4. quibus concinit tex. not. in can. Apibus 7. q. 1. et in c. cum non liceat de
13 reſcrip. † Finis autem prædictus bonus eſt, & bonum in ſe cõtinet, vt poſt alios tradit *Mart.* Nauar. in can. cum miniſter 23. q. 5. ſub. nu. 29. Iure igitur probatur, Principem ad bonum potentem eſſe, et pro communi hominum vtilitate creatum fuiſſe.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Regimen eſt opus rationis.*
2 *Poteſtas eſt ratio practica.*
3 *Potentia rationalis eſt indeterminata ad unũ.*
4 *Potentia naturalis eſt determinata ad unum.*
5 *Potentia rationalis eſt contrariorum.*
6 *Contrarta ſimul effici non poſſunt.*
7 *Potentia rationalis non determinatur in actũ, niſi per electionem.*
8 *Electio omnem poteſtatem determinat ad unũ.*
9 *Electio eſt voluntatis.*
10 *Voluntas in pluribus eſt vertibilis ad malũ.*
11 *Electionem bonam facit uirtus, & perfectio; malam uero uitium.*
12 *Voluntas etſi malum poſsit eligere, hoc tamen non pertinet ad eius potentiam, ſed ad eius impotentiam.*
13 *Ariſtoteles appellauit qualitates naturales impotentias.*
14 *Voluntas eſt impotens, quatenus malum eligit.*
15 *Quòd Voluntas poſsit malum eligere, non repugnat libertati arbitrij.*
16 *Velle malum non eſt libertas, ſed quoddam libertatis ſignum.*
17 *Virtus eſt ultimum potentiæ.*

18 *Gubernatio quid ſit.*
19 *In gubernatione duo ſunt conſideranda.*
20 *Alia ratio, qua probatur, Principem eſſe ad bonum publicum.*
21 *Publica ciuilis poteſtas quomodo Dei ordinatio ſit.*
22 *In Regimine, & Principatu duo conſiderantur.*

.§. QVARTVS.

VERVM ſuperius di-
ctis, vt tota hæc res,
de qua eſt a nobis di-
ſputatio inſtituta, il-
luſtrior fiat, rationes
addendæ ſunt. Et im-
primis omnium præ-
1 cognitum eſſe crediderim, † omnem cu
iuſque rationis, & ordinis gubernatio-
nem, ſeu regimen maxime pertinere
ad rationem, eſſeq. rationis opus. hinc
videmus ita natura comparatum eſſe,
vt quæcunque ratione pollent, natura
etiam magis imperare, & regere. vnde
hominum genus omnibus alijs animan
tibus imperat, quæ rationis capacia mi
nime exiſtunt. inter homines uero ſe-
nes

nes regunt, ac gubernant iuniores; uiri fœminas. ſic in vnoquoque qui ſeruat ordinem a natura inſtitutum; ratio ſenſui, & anima corpori imperat, can. eſt ordo 33.q.1.late Tiraq.de legib. conub. lib.1.nu.47.ac deinceps, et etiam uidere eſt apud Ariſt.lib.1.Polit.qui eſt auctor locupletisſimus. Cum igitur regimen ſit opus rationis, utique exploratisſimum eſſe oportet, poteſtatem, ſeu potentiam appellare malueris, rationis eſ-
2 ſe, id eſt, qua vtimur cum ratione † quæ nimirum ratio practica eſt, ſeu actiua: quæ conſtituto fine certo conuenientibus fini medijs, & inſtrumentis, conatur eos, qui regimini illi ſubduntur, ad præſtitutum finem, ſeu bonum perducere.
3 † quæ quidem potentia rationalis, cum ſit indeterminata ad differentiam po-
4 tentiæ naturalis, † quæ eſt determinata ad unum, vt dixi ex Ariſt. 9. Metaph.
5 † immo cum eadem potentia ſit contra-
6 riorũ: † contraria vero ſimul effici non valeant; ſequitur, quòd non prodeat
7 in actum, ſcilicet vt agat aliquid, † niſi fuerit determinata ad vnũ aliquod per
8 electionem. † electio igitur poteſtatem omnem rationalem determinat ad vnũ

aliquod

9 aliquod quodpiam, quod efficit. † electio verò eſt voluntatis; quæ ob ſui im-
10 perfectionem †, vt in pluribus eſt vertibilis ad malum; ideoq. & bene elegit,
11 & male. † bonam electionem facit virtus, & perfectio: malam uero electionē
12 facit vitium, & imperfectio. † Neque hoc, quòd male poſſit eligere volūtas, pertinet ad eius potentiam, ſed ad impotentiam: quemadmodum non eſt in poteſtate corporis, quòd queat ægrotare, ſed impotentiæ; & imbeccillitatis; ſic etiam non eſt potentia cruris, quòd
13 poſſit claudicare. † quamobrē in Prædicamento Qualitatis Ariſtoteles appellauit huiuſmodi qualitatis naturales, non potentias: ſed impotentias.
14 † Igitur eſt impotens voluntas, quatenus malum eligit; atque poteſt id eligere. at quamuis voce dicamus, voluntatem poſſe malum eligere, re tamen po-
15 teſt ob impotentiam. † Neque hoc propterea repugnat libertati arbitrij: nā
16 † velle malum, non eſt libertas, nec pars libertatis; quamuis ſit quoddam libertatis ſignum, vt inquit D. Thom. qui hac de re rationem etiam aſſignat in q. de Volunt. art. 6. & oſtendit egregie D.

Anſel.

Anſel. in Dialogo de libero Arbitr.cap.
17 1. Præterea addiderim ego † Virtus
eſt vltimum potentiæ,vt inquit Ariſt. in
1.de cælo tex.116. vnde tunc actus dici-
tur perfectus, & abſolute bonus, quan-
do ponit potentiam in ſuo compleme-
to,ſicut ſcire intellectum, & obedire fa-
ciliter rationi concupiſcibilem, vt in-
quit D.Thom.in 3.ſent.diſt.23.art.2.in
reſp. ad tertium. Tunc igitur actus vo-
luntatis, & imperij ipſius Principis di-
citur bonus, quando oritur ab habitu,
qui ponit actum uoluntatis in ſua per-
fectione; quæ eſt, ut uoluntas a ratione
dirigatur: nō autem a ratione deficiat.
Quòd autem potentia Principis ſit ad
bonum publicum,& pro communi ho-
minum utilitate, hac ratione probari
18 poſſe uidetur † Gubernatio namque
nihil aliud eſt, quàm directio guberna-
tionis ad finem, qui eſt aliquod bonum,
vt inquit D.Thom.in 1.par.q.103.art.1.
19 & 2.et ſupra oſtenſum eſt.† in guberna-
tione autem duo ſunt conſideranda, ut
in d.q. 103. art. 6. ratio 5. gubernatio-
nis;quæ eſt ipſa prouidentia, et execu-
tio. quantum igitur ad rationem gu-
bernationis pertinet, Deus omnia im-

mediate gubernat; quantum verò ſpectat ad executionem gubernationis, Deus quædam mediantibus alijs, nempe Principibus, ac rectoribus Mundi, moderatur, vt late proſequitur Caſſane: in Catal.glor.Mun.par.5. conſiderat.1. Alia etiam ratione idē probatur, quam proprie ad rem noſtram adducit Sot. de Iuſt.et iur.lib.4.q.4.art.1.quæ talis eſt;

20 † Deus per naturam dedit rebus ſingulis facultatem ſe conſeruandi, ſuiſq. reſiſtendi contrarijs; non modo quantum ad incolumitatē temporalis ſalutis, uerum per eius gratiam quantum ad proſperitatem ſpiritualis. hanc autem homines facultatem cum exequi cōmode diſperſi nequirent, adiecit eis inſtinctum gregatim uiuēdi, ut adunati, alij alijs ſufficerent. Congregata uero Reſpublica, neutiquam poterat ſe gubernare, hoſteſque propulſare, malefactorumque audaciam cohibere, niſi magiſtratus deligeret, quibus ſuam tribueret facultatem. nam aliàs tota congregatio ſine ordine, & capite; neque unum corpus repreſentaret, neque ea prouidere poſſet, quæ expedirent. ergo eadem ratione doctæ Reſpublicæ

aliæ

aliæ annales Conſules, aliæ alias publicarum adminiſtrationũ formas ſibi inſtituerunt. atque adeo iure quælibet potuit, ac debuit, vbi expedire cognouiſſet, totam poteſtatem, et imperium in vnum regem, qui ſecundum Ariſtotelem optimus genere ſuo eſt Principatus, transferre, ut l. 1. ff. de conſtitut. Princ. ſancitur. ita Sotus; qui idem affirmat in. 4. ſenten. diſt. 20. art. 1. Ecce quemadmodum publica ciuilis pote-
21 ſtas ordinatio Dei eſt; † non quod Reſpublica non creauerit Principes, ſed quòd fecerit diuinitus erudita. Hanc autem rationem Sotus pluribus ſacræ ſcripturæ auctoritatibus comprobat, atque exornat, et eximie D. Tho. in lib.
22 1. de Regim. Princip. cap. 1. † Præterea in Regimine, et Principatu duo conſiderantur, vnum eſt finis, quē Princeps intendit, alterum poteſtas perducendi ad finem eos, quorum Princeps eſt. finis Principis eſt, vt homines fœlices reddat. poteſtas autem eſt, qua eos ad commune bonum, iuſtitia illa vniuerſali, quæ omnis virtus dicitur, mediante pertrahit, et auertit a malo. Concludendum eſt igitur, rationibus demō

ſtrari ad bonum, et publicam hominum vtilitatem creatum eſſe principem.

SVMMARIVM.

3 *Princeps eſt Mundi dominus quo ad bonũ; non quo ad malum.*

4 *Plenitudo poteſtatis eſt ad bonum, & non ad malum.*

5 *Princeps non poteſt facere legem, quæ contineat quid inhoneſtum, aut iniuſtum.*

6 *Lex eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, prohibens contraria.*

7 *Princeps non poteſt mihi auferre dominium rei meæ.*

8 *Princeps habet iuriſdictionem a Deo.*

9 *Potentia aliqua dicitur eſſe perfecta, quando defectus potentiæ non poteſt.*

10 *Quæ ſunt ſecundum legem, dicimur poſſe agere; quæ autem ſunt contra legem, dicimur non poſſe.*

11 *Gn. Pompeius, Pompeij filius, potentia ſua nunquam ad impotentiam vſus eſt.*

12 *Homo eſt optimum animalium, ſi fuerit recte inſtitutus; peſſimum autem omnium, ſi fuerit malis moribus præditus.*

13 *Sæua eſt iniuſtitia, ferens arma.*

14 *Homo fert arma per innatam prudentiam.*

15 *Re-*

15 *Regimen omne,omnemque Principatum, ob commune bonum, publicamque hominum vtilitatem inuentum fuiſſe auctoritatibus late probatur.*

16 *Princeps utilitatem ſubditorum propriæ anteponere debet.*

17 *Regnum non eſt propter regem, ſed Rex propter regnum.*

18 *Principes a Deo creati ſunt,non ut propria lucra quærant,ſed publicam populi utilitatem procurent.*

19 *Rex dicendus eſt,qui Ciuitates,et homines fælices reddit.*

20 *Rex prodeſſe,& non obeſſe debet.*

21 *Princeps in operibus ſuis debet intendere bonum gentis; quod eſt diuinius,quàm bonum ſingulare.*

22 *Dominatus unius,vtilitati omnium conſulens, vocatur regia poteſtas.*

23 *Regia poteſtas in eo comparata eſt,ut in populo bonum eſſet præſidium.*

24 *Principis merces,honor,& gloria.*

25 *Symbolum nonnullorum Principum.*

26 *Rex in quo differat a Tyranno.*

27 *Princeps eſt tutor Reipublicæ.*

28 *Epaminondæ dictum,memoria dignum.*

29 *Regis eſt, vitam ſuam pro his, quibus regnat, opponere.*

30 *Princeps eſt pater communis.*
31 *Regis nomen non dignitatis ſolum, ſed officij quoque eſt.*
32 *Regnum eſt ſplendida ſeruitus.*
33 *Cæſari omnia licent; quomodo intelligendum ſit.*
34 *Bonum commune dicitur potentia.*
35 *Principis ſimulacrum, ab Aegiptijs repræſentatum.*
36 *Iuſtitia legis finis eſt.*
37 *Publica ciuium utilitas, communeque bonum eſt, quod æquabiliter æquum eſt.*

.S. QVINTVS.

HIS hactenus diſcusſis, quæ ſunt luce meridiana clariora; ſequitur vt a cultoribus huius veritatis, tanquam a teſtibus, non vt ab aſſentatoribus, eorúmque commentitijs, futilibuſque ſententijs veritatem exiga-
1 mus. † Poteſtas igitur, legitime poſſe dicitur; non enim poſſumus, quod cum iniuria poſſumus; nam hæc poſſe, poten-
2 tia non eſt; ſed deficientia quædam. † Et ideo Deus omnia poteſt, tamen pecca-

re non poteſt,ita dixit Bal.in conſ. 326. num. 3.lib.1.& egregie Corne. in conſil.
3 181.lib.1. † Vnde idem Bal. in conſi. 327.n.3.lib.1.Illud quod dicitur,principem eſſe Mundi dominum, intelligitur quoad bonum,nõ quo ad malum; ne inde naſcantur iniuriæ, vnde iura naſci oportet,contra l.meminerint. C. vn. vi. idem in Principe arguit Fulgoſ. in cõſi. 61.col.pen.Curt.Seni.in conſi. 73.num.
4 27.& Craue. in conſ.233.ſub n.3.† Ineſt enim plenitudo poteſtatis in diſpoſitione bonitatis,non autem prauitatis, vt inquit Craue.de Antiq.tẽp. par. 1.ſect. 1.n. 3. ob id quando Princeps aliquis vtitur plenitudine poteſtatis ad malum, addit ipſe, dicitur plenitudo tempeſtatis,iuxta dictum Card.Mediol.in Clem. paſtoralis de re iud. quem refert Socin. in conſi.20.col.penul.lib.3. cum aliis,de quibus late ibi per Craue.cui addo Socin.Iun. in conſil.65.lib. 2. Marc. Mant. lib.1.Com.loc.12. Fernand. Vaſqu. lib. 1.Controuerſ.Illuſtr.cap. 15.nu. 17.vbi plures in eandem ſententiam adducit. Accedat nunc Bar.in l.fin.nu.2.C.ſi cõt.
5 ius, vel vtil.pub. vbi ita inquit: † Princeps non poteſt facere vnam legẽ, quæ

contineret vnum inhoneſtum: eſt enim
6 contra ſubſtantiam legis: † lex enim eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, prohibẽs
7 contraria.l.2.ff.de legib. † Eodem modo, addit, ſi vellet auferre mihi dominiũ
8 rei meæ iniuſte, non poſſet; † quia Princeps habet iuriſdictionẽ a Deo, Auten. Quomod.opor.Epiſc. in prin. Sed Deus nõ dedit ei iuriſdictionẽ peccandi, neq. auferendi alienum. et conſonat Ab.in c. venerabilem n.18.de elect.et Rip.in c, ſi quando in 4.not.de reſcrip. egregie autem Craue.in conſ.241. n. 21. Fulgoſ. in conſ.61.et Card.in conſi. 142. late autẽ Fernand.Vaſq lib.1.Controuerſ.Illuſtr. cap.27.num. 1. et demonſtrat hanc veritatem Boethius in aureo opuſ. de Cõſolat. Philoſ. lib. 4. proſ. 2. ſubtilisſime autem, ac diuine Socrates apud Plat. in lib.Gorgias, ſiue de Rhetorica. Quibus omnibus obuiã prodeant veritatis propugnatores Magiſter ſent. locuples auctor, in lib.1.diſtin.42.& ibi late D. Tho. D.Bonauent.& Gab.Biel.D.Thom.in 1. par. q.25.art.3.in 22.q. 185. art.3. in q. de Poten.Dei art.7.& in lib.2.Cont.Gẽt. cap.25.Alex.de Ales in 1.par.ſum.q. 47. memb.3, et q.22.memb. 2. egregie autẽ D.Chry-

D.Chry.in Symb.Apoſ.hom.28.to.7.cui
addo Plin.lib.2.hiſt.nat.cap.7.et cõfert
prædictis D. Thom.in q.de Poten.Dei
art.6.in concluſ.vbi ex mente Ariſto.5.
9 Meta.inquit: † quòd potentia aliqua
dicitur eſſe perfecta, quando defectus
potentiæ, vt eſt poſſe deficere, poſſe pec
10 care, & alia huiuſmodi, non poteſt; † et
quòd ea, quæ ſunt ſecundùm legem, di-
cimur poſſe: quæ autem ſunt contra le-
gem, dicimur non poſſe: quia non bene
fierent, & in 1.ſent.diſtinct.7.q.1. art.1.
Potentia actiua eſt vis quædam, per quã
aliquid alteri ſe cõmunicat, quòd per-
fectionis eſt, & D.Greg.Nazian.in Orat.
4. de Theolog.inquit: Aliquid fieri dici-
tur ſecũdum æquum: quod.n. minime eſt
æquum, nec rationi conſentaneũ, dici
11 ſolet; fieri non poſſe.† Hinc Velleius Pa
terclus hiſtoriæ Romanæ liber 2. elegã
ter dixit Gn.Põpeius, Gn. Pompeii fi-
lius, potentia ſua nunquam ad impoten
tiam vſus. Neque idcirco Princeps non
habet potentiam, ſi ipſe male utatur;
immo quoniam habet, Ariſt. in 1. Polit.
12 cap.2.inquit,† hominem eſſe optimum
animalium, ſi fuerit recte inſtitutus: itẽ
eſſe peſſimum omnium, ſi fuerit malis

moribus præditus. adfert huius rei ra-
13 tionem. † Sæua namque eſt iniuſtitia, fe-
14 rens arma: homo † autē fert arma per
innatam prudentiam. homo igitur cum
male utitur prudentia, eſt peſſimum
animalium; non quia careat tunc poten
tia illa naturali prudentiæ, quinnimo
habet; et idcirco eſt peſſimum. Sic Prin
ceps, cum male utitur potentia, non ca-
ret prædicta potentia; immo habet, &
ob eam rem populo eſt pernicioſus, ut
inquit Contare. de Poteſt. Pontific. in
Compoſit. et eſt text. ad hoc not. in capi
15 pen. de dol. et contum. † Quòd autem
omne regimen, omniſque Principatus
ob commune bonum, publicamq. ſub-
ditorum utilitatem iuuentus, creatus,
& receptus fuerit, affirmat Bar. de Re-
gim. Ciuit. nu. 27. in Auten. de Hæred.
et falc. in prin. nu. 4. & in tract. teſtimo.
n. 86. Bald. in l. 2. §. nouiſſime. ff. de orig.
iur. qui alibi dixit: Principatus, ſicut Iu
ſtitia, ad alium eſt; quem adducit Salo-
mo. in lib. 3. de Principatu, ubi in ean-
dem ſententiam plura adducit. et late,
ac multa cum grauitate ea de re diſſe-
rit Alber. hìc num. 8. et in l. decernimus
C. de ſacroſan. eccl. egregie autem in d.
l. digna

l.digna uox num. 1. et 2. inquit enim,
16 † quòd Princeps vtilitatem ſubditorum propriæ utilitati anteponere debet, idem dixit Luc.de Pen.in l.militarib.C.de Decurionib.lib.10.& Cagno.in Epiſt.de Vita,& regim.boni Prin. num. 12.Boer.de Auct.mag.concil.nu.131. et ſubſcripſit Alfonſ. Guerrerius in Theſa.Chriſt.Relig.cap.54. num. 1. & num. 91.ubi nu.52.uerſ. item notate, ſnquit,,
17 † quòd regnum non eſt propter Regem, ſed Rex propter Regnũ, quia Deus conſtituit Reges, ut recte gubernarent, et unumquemque in ſuo iure conſeruarent.quò quidem finis recti Regiminis ſpectat.id quod dixit Natt.in cóſ. 179.num.13. lib. 1. Eſt ergo Principatus, inquit, propter populum, non populus propter Principatum, et Ioan.Gerſ. in tract.de orig.iur. et leg. conſiderat. 13.in 1.lib.Dicitur autem unus ille bonus, uel Rex uel Imperator, ſeu Monarcha, qui non proprium principaliter, ſed commune bonum intendit in ſuo Principatu.et D.Tho.lib. 3. de Regim. Princ.cap.5.Conſonum videtur naturæ, vt Imperium ſit conceſsum pro pace, ac Iuſtitia conſeruanda; iurgijs, ac diſ-
cordiis

cordiis reſecandis. Item ad hoc videtur prouiſum, vt mali puniantur, & boni promoueantur; & hoc eſt officium dominorum. & in opuſc. ad Ducisſam
18 Brabantiæ: † Principes terrarum ſunt a Deo inſtituti, non quidem vt propria lucra quærant, ſed publicam populi vtilitatem procurent. Vnde Princeps optimus Traianus dũ Præfectum Prætorio cingeret, dicere ſolitus erat, ut auctor eſt Dion in. Vita Traiani. Hunc enſem, ſi iuſte imperauero, pro me, ſin minus, in me vtare. Et Aeneas Syluius Piccolom. in lib. de Ortu, & Auctoritate Imperij Rom. cap. 2. Regum conſtituendorũ cauſam publica dedit vtilitas; iuſti prope mater, & æqui. Et eximie diuus Bernardus de conſiderat. ad Eugenium lib. 3. Præes, et ſingulariter: at quid? Eget, tibi dico, conſideratione; numquid vt de ſubditis creſcas? nequaquam, ſed vt ipſi de te: Principem te conſtituerunt, ſed ſibi, non tibi; alioquin quo pacto reputas te ſuperiorẽ ijs, a quibus beneficium mendicas? audi Dominum: Qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. at iſtud de ijs, qui foris ſunt. Quid ad nos? tu id mendaciter diceris,

ſi non

ſi non tam beneficus eſse; quàm beneficiis præeſse iutendas. Parui, deiectique animi eſt, de ſubditis non profectum quærere ſubditorum, ſed quæſtũ proprium. huc vſque D. Bernard. Cui accedat D. Dyoniſ. in lib. cæleſtis Hierarchiæ cap. 8. Non enim, inquit, ad inſolentiam, violentiam, aut oppresſioſionem exercet cæleſtis illa ſpirituum poteſtas vires ſuas, ſicut Tyranni facere ſolent, opprimentes ſubiectos ſibi, ſed ad ſuæ ſortis munera exequenda: et inſuperabili conſtantia pulcherrimo quodam ordine ſurſum tendunt ad diuina: atque inferiores ſubſtantias cæleſtes per indultorum ſibi bonorum benignam diſtributionem ad Deum promouent;in quo diuinam ordinatisſime bonitatem imitantur; ſua bona alijs effuſe elargientem. Et Xenophon in Vita Ciri lib. 6. & Moralium lib. 3. inquit: Rex nullo modo dicendus eſt, qui res alterius quærit, atque deſi-
19 derat; † verùm qui ciuitates, & homines felices reddit. Cui conſonat Ariſt. in 3. Polit. cap. 6. Eſt enim, inquiens, finis, menſque regentis, ut quàm optimi, quàm felicisſimi ciues fiant: idemque

tradit

tradit in 8.Ethic.cap.11. Et Cic.ad Q. Fratrem Prætorem in Aſia ſummo cum imperio: Eſt autem non modo eius, qui ſociis, & ciuibus, ſed etiam eius, qui ſeruis, qui mutis pecudibus præſit; eorum, quibus præſit commodis, utilitatiq. ſeruire. et paulò poſt; Quapropter incumbe toto animo, & ſtudio in eam rationem, qua adhuc vſus es, vt eos, quos tuæ fidei, poteſtatique Senatus, Populusque Rom. commiſit, & credidit, diligas, & omni ratione tueare; vt quam beatisſimos velis. ac deinceps: In omnibus rebus, quas ſtatues, quas decernes, quas ages; quid tātis hominum opinionibus, tantis de te iudicijs, tantis honoribus debeas, cogitabis. id autem erit eiuſmodi, vt conſulas omnibus, vt medeare incommodis hominum, prouideas ſaluti; vt te parentem Aſiæ, et dici, & haberi uelis. Et Agapetus ſignanter quidem de offic. Regis ad Iuſtinianum Impera. Monitor. 5. Quoniam igitur a Deo tibi donata eſt facultas; qua indigebat propter nos bona tua voluntas; omnia & velis, & agas, prout ei placet, qui eam tibi
20 dedit. Seneca etiam de Nat. quæſt.†. oportet enim regem prodeſſe, non obeſ-

ſe.Et confirmat Egid. Rom. de Regim. Princ.lib.1.cap.8.in 3.præcog. hoc mo-
21 do: † Rex in operibus ſuis debet intendere bonum gentis & commune, quod eſt diuinius,quàm ſingulare. Concinit Ariſtot.in.5.Ethic.cap.7.ſimili, inquit, modo non naturalia, ſed humana iura non eadem vbique ſunt:nam neque Reſ publica apud omnes eſt eadem,ſed una tantum vbique eſt ſecundum naturam, quæ optima eſt.ita Ariſtoteles; qui vnã eſſe cenſet vbique Remp.ſecundum naturam,quæ optima ſit, id eſt, quæ naturali ratione ad communem vtilitatem regitur: ad hunc etenim ſenſum Mich. Epheſius locum Ariſtotelis ibidem eruditisſime interpretatur. & in 3. Polit.
22 cap.5.inquit, † quòd vnius dominatus vtilitati omnium conſulens,vocatur re
23 gia poteſtas,& in lib.5.cap.10. † quòd Regia poteſtas eò eſt comparata, vt in populo bonum eſſet præſidium: & Reges conſtituti ſunt, vt inopum multitudinem contra locupletum iniurias tueãtur. & in 5. Ethic. cap. 6. locus apprime notandus; Eſt autem cuſtos conſeruatorque iuris Princeps; quòd ſi iuris, & æquabilitatis. et quoniam ſi iuſtus ſit,
nihil

nihil præterea ſumit, & attribuit (neque enim ſibi plus tribuat quàm alijs, eorumque, quæ per ſe bona ſunt; niſi habita ratione dignitatis) idcirco quæcumque agit, ad aliorum commoda refert; ob eamque cauſam in bonis alienis, vt ſupra diximus, iuſtitiam numerauit. danda igitur merces aliqua eſt,
24 † quæ cum ſit honor, & gloria, (quod tamen declara, prout D. Thom. in lib. 1. de Regim. Princ. cap. 7.) quibus hæc non ſunt magna præmia, ij efficiuntur Tyranni; & in 5. Polit. cap. 11. de Rege verba faciens: Conſtituere, inquit, Remp. & ornate debet, tanquam tutor ſit, non tyrannus. Id quod ante omnes tradidit Plato in lib. 1. de Rep. hoc modo: Neque alius vllus Traſimace in aliquo principatu, & facultate imperans, quatenus princeps eſt, quod ſibi conferat, cogitat, aut præcipit, ſed ſubiecto conducat; et quæ dicit, quæque facit, cuncta ad illius utilitatem, decoremque facit. Et in lib. de Regno: Rex bonus, et ſapiens gubernabit ſemper, ita ad ſubditorum ſalutem reſpiciens, vt ad nautarum, nauiſque ſalutem reſpicit gubernator: & paulo poſt: Ac ſummatim quicquid pru-

dentes Principes agunt, nunquam delinquunt, quamdiu vnum hoc potisſimum ſeruant, vt mente, et arte, quod vtilisſimum eſt, ciuibus inducentes, tueri eos valeant, melioreſque quoadeius fieri poteſt, efficere. Et in lib. 5. de Rep. nuncupat Principes ſeruatores, auxiliatoreſque; quem Cic. offic. 1. ita in medium adducit: Omnino qui Reipub. præſuut, duo Platonis præcepta teneant; vnum vt vtilitatem ciuium ſic tueantur, vt quicquid agant, ad eam referant; obliti commodorum ſuorum; alterum vt totũ Reip. corpus curent, ne cum partem aliquam tueantur, reliquas deſerant. vt enim tutela, ſic procuratio Reip. ad vtilitatem eorum, quibus commiſſa eſt, gerenda eſt. Quibus omnibus cõcinit Dionyſ. Halicar. lib. 2. hoc modo: Mihi quidem videntur omnes, qui & barbaras, & græcas Reſpublicas conſtituere, recte ſane commune bonum vidiſſe; qui ciuitatem omnem, ex domibus multis conſtantem, rectam ipſam, & ſecundis ferri flatibus exiſtimarunt; cum bene haberent ſeſe priuatorum vitæ: multamque rurſus tempeſtatem induci, cum male haberent ſeſe vnicuique propria. quiq.

opor-

oportere dixerunt, virum ciuilem, mentem habentem, ſiue ille legum conditor, ſiue Rex eſſet, ea legibus ſtatuere, quæ iuſtas ſimul, & temperantes facerent priuatorum vitas. Et profectò ſicut potentiæ naturales de ſua natura inſtitutæ ſunt, vt tueantur bonum totius ſupoſiti; ſic poteſtas publica in commune bonum inſtituta eſt. Itaque quemadmodum potentia viſiua data eſt animanti, vt conſpecto bono proſequatur illud, & inſpecto malo fugiat illud; ſic poteſtas publica inſtituta eſt, vt bonum commune procuret, et detrimentum Reip. Caueat, vt inquit Medina. in 1.2.D.Th. q.90.art. 2. Et re uera iuſtitiam Principatus non aliunde metimur, quàm a vera religione, et cõmuni vtilitate. & hic finis optimus; propter quem Principatus eſt inſtitutus, vt dilucide Socrates apud Platonẽ in.1.et 2.de Rep. ſubtilisſime diſputat. Nullibi autem excellentius, quàm apud D. Thom. de Regim. Princip. lib.3. cap.11. vbi adamuſim ita inquit; Amplius autem regnum ex hominibus conſtituitur, ſicut domus ex parietibus, et corpus humanum ex mẽbris, vt Philoſ. dicit in 3. Polit. Finis ergo

Regis

Regis eſt, vt regimen proſperetur, ut homines conſeruentur per Regem; et hinc habet commune bonum cuiuslibet Principatus participationem diuinæ bonitatis. vnde bonum commune dicitur a Philoſ. in 1. Ethic. eſſe; quod omnia appetunt, & eſſe bonum diuinum; vt ſicut Deus, qui eſt Rex Regum, et Dominus dominantium, nos regit, et gubernat, non propter ſe ipſum, ſed propter noſtram ſalutem; ita et Reges faciant, et alij dominatores in orbe. & in cap. 4. Dominatio, inquit, verſatur ad vtiles actiones populi, ſicut Deus eſt vtilis cauſa rerum. vnde et Philoſ. dicit in j. Ethic. quòd bonum gentis, eſt bonũ
25 diuinum. † Vnde nonnulli Principes maximi Anchoræ Delphino circumplexæ; imaginem pro ſymbolo habuerunt, vt Seleucus Nicanor Rex, & Imperator Auguſtus Cæſar. Principes ſiquidem denotantes, qui ſubditorum incolumitatem procurant. amator quippe hominũ eſt Delphin, & futuræ tempeſtatis præmonſtrator; in qua et Anchoram, vt figatur, dirigit; hominum ſalutem pro ſua natura procurans. Ad cuius exemplum optimus quiſque Princeps ſuos homi-

nes amare debet, in aduerſis adiuuare, & eorum ſalutem curæ habere, vt poſt alios videre eſt apud Alcia. in ſuis Emblemat.ſub dictione Princeps, et memini Virg.Eneid.6.

Tu regere Imperio populos Romane memẽto.
Hæ tibi erunt artes,paciſq.imponere morẽ;
Parcere ſubiectis,& debellare ſuperbos.

Conſonat D.Petrus in 2. Epiſt. Canon. c.2.quãdo inquit: Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deũ; ſiue Regi,quaſi præcellenti, ſiue Ducibus,tamquam ab eo miſſis ad vindictã malefactorum, laudem vero bonorum.

26 Quapropter Regem à Tyranno differre inquiunt Doctores, quòd ille tendit ad bonum,& commodum publicum:hic autem ad priuatum,Bar.& Boer. in præcitatis locis,Guerreri in d. cap.54. nu. 42.verſi.expedit etiam Regi, Bartol. in tract.de Tyran.n.44.Afflict.in c.1.§.poſt natale de pac. tenen.Iacob.de S.Georg. in Inueſtit.feud.verſi. Princeps Pedem. poſt princ. Socin. Iun.in conſi.60. n. 25. cum ſeq.lib.3.Hip.Rimi.in conſi.45.nu. 37.lib.1.et eſt auctor Ariſt.in 5. Ethico. cap. 10.et in 5.Polit.cap.10. Id quod intelligendum eſt quantum ad effectum,

mo-

modũq. Regiminis;vt contingit ijs,qui quamuis veri ſint domini,non quærunt publicum bonum,ſed proprium.Huiuſmodi autem peccatum mortale, & quidem grauisſimum eſt , vtpote contra bonum publicum;& tanto peius, quanto a pœnitentia remotius eſt . Regnandi ſiquidem amor tantus eſt, ut non permittat Tyrannum quoad dominium ad pœnitentiam conuerti. Vtilis quoque boni proprij amor radicitus euelli difficillime poteſt,vt adamuſim inquit doctisſimus Caietanus in ſumm. in verſic.
27 Tyrannis. † Quòd autẽ Princeps Reip. tutor recte nuncupetur, ſcribit Plinius ſecundus lib.10.Epiſt.vbi Traianum tutoremReip.in hæc verba appellat:Diẽ, in quem tutela generis humani feliciſſima ſuccesſione translata eſt, debita religione celebrauimus: commendantes Dijs auctoribus et vota tua, & gaudia. Et Seneca de Clemẽtia cap.4. Ideo Principes, Regeſque, et quocumq. alio nomine ſunt tutores ſtatus publici &c. Tutorem etiam Reip.appellat Conſtantinum Imperat.Lactantius Firmia.in 1. lib.Diuin.Inſtit.cap. 1. Et Plutarchus in lib.cui titulus:Maxime cum Princip.ui-
 ris

ris Philoſopho eſſe diſputandum , vo-
cat Principes Dei adminiſtros ad tu-
tandam hominum ſalutem. Id quod E-
28 paminondæ exemplo confirmat.† Cum
enim Epaminondam Thebanorum Im-
peratorem,exeuntem ad pugnam, ora-
ret vxor, vt ſeipſum ſeruaret: Aliis,in-
quit,hoc conſulendum eſt; Principi au-
tem,vt ciues ſeruet.Et conſonat D. Au
guſtinus ſerm. 1.de Paraſceue, quando
29 inquit: † Opus enim Regis eſt, vitam
ſuam pro his quibus regnat,opponere.
Quinimo Deus Principibus,& Regibus
nomen impoſuit,Protectores,Oſe.3.Di
lexerunt afferre ignominiam protecto-
res eius. Sed cur Principem tutorem ,
hominumque ſeruatorem oſtendere ad
30 nitor,† cum Pater vere iureque opti-
mo nuncupandus ſit. tex.eſt in §.fin. in
Auten. Neque uirum coll.8.vbi habe-
tur; Princeps omnium pater eſt,tex.au-
reus in l.ſi quis filium,C.de inoffi. teſta.
Inquit enim Iuſtinianus Imp. Sed nos,
qui omnes ſubiectos noſtros, & filios,
et nepotes habere exiſtimamus affectio
ne paterna,& imitatione;ſecundũ quòd
posſibile eſt omnium commodis proſpi
cientes &c.qui in cordibus Principum
vtinam

utinam inſculperetur; vbi Iaſ.in princ. notat, quòd Dominus debet tractare ſubditos ſuos tanquam filios, & nepotes. Idem dicit Luc.de Pen.in l.qui conditioni col.7. C. de his qui ſpon. munc. pub.& in l.1.col.2.C.de ſuper.indic.lib. 10.qui alibi dixit; Princeps eſt maritus Reip. qui propterea tenetur illam defendere, & ad illius ſuſtentationem reſpicere; atque imprimis de vtilitate illius cogitare,in l.quicumque col.3.& 4. C.de om.agr.deſer.lib. 11. quem ſequitur locuples auctor Caſſane. in conſ.60. num.8.& in Catal.glor.mun.par.5.conſi derat.14.et Andr.de Iſer.in tit.quæ ſint rega.in prin.num. 2. inquiens per illum tex.Si ſciret Princeps eſſe contra publi cum uſum,non concederet; quia Princeps eſt pater communis. idem tradit Afflict.in cap.1.§.Sed nec eſt alia.nu.37. quæ ſit pri.cau.ben.amit.& in cap.2.nu. 2.de prohib.feu.alie.Rimi.Iuni.in d.cõſ. 45.nu.37.lib.1.pulchre autem per Bald. in conſi.460.num. 2. lib. 1. quem refert Crau.in conſ.9.nu.37.tradit etiam Roland.in conſ.91.nu. 39. lib. 2. & videndus eſt Chacheranus in proœm. Deciſ. Pedemont.num.3.Id quod egregie ſcri-

ptum reliquit Seneca in lib. 1. de Clemē. ad Neronem cap. 13. in hæc uerba: Hoc quod parenti, etiam Principi faciendū eſt; quem appellauimus patrem patriæ; non adulatione vana adducti. cætera enim cognomina honori data ſunt. Magnos, et Felices, & Auguſtos diximus, & ambitioſæ maieſtati quicquid potuimus titulorum congesſimus; illis hoc tribuentes. Patrem quidem patriæ appellauimus. vt ſciret datam ſibi poteſtatem paternam, quæ eſt temperatisſima, liberis conſulens. Et filiæ Salphaat, ad Principem accedentes, ita locutæ ſunt, vt Philo refert de Vita Moſis lib. 3. Pater noſter obijt, non ſeditione abſumptus, vt multi alij, ſed fato raptus, cum priuatam vitam ageret procul negotiis: nulla ipſius culpa factum eſt, quòd caruit Sobole. adſumus igitur pupillæ, vt videtur, re uera tamen te loco parentis habituræ: nam legitimus Princeps, non minus quàm pater, curat ſubditos. vel ſecundum aliam translationem: Princeps enim legitimus ſubditis ſuis coniunctior eſt, quàm ille ipſe, qui genuit. Et Xenophon in Vita Cyri lib. 6. in prin. Princeps nihil differt a bo-
no

no patre. Prodeat nunc Philo in lib. de Creat. Principis: Sunt enim Principes, vt verum fatear, inquit, publici parentes ciuitatum, & gentium quotquot boni ſunt, nec cedunt Pietati naturalium: cõtra qui in ſubditorum detrimentũ abutuntur potentia, nequaquam Principes, ſed hoſtes appellandi ſunt; & paulo poſt: Eſt aulem quædam Principatus ſpecies in quouis vitæ genere, ſola diſtans magnitudine; quod enim eſt in ciuitate Rex, hoc in vico Magiſter, in domo Dominus, inter ægros Medicus, Imperator inter milites, Præfectus claſsis inter nauales ſocios, inter vectores Nauclerus, inter nautas Gubernatos (et ſicut Deus in Mundo, vt inquit D. Tho. in lib. 1. de Regim. Princ. cap. 12) hi omnes prodeſſe poſſunt, & obeſſe: debent tamen id velle, quod eſt melius: præſtat autem iuuare quoſcumque poſsis pro viribus. &c. Et Thom. Campegius in lib. de offic. Principis in Eccleſia in 3. offic. vbi ita inquit: ſicut Deus, qui eſt Rex Regum, & Dominus Dominantium; cuius virtute Principes imperant, nec regit propter ſeipſum, ſed propter noſtram ſalutem; ſic ad officium Principis ſpectat,

bonum ſubditorum principaliter intendere: qui enim propriam vtilitati populi præferunt, nõ boni Principes, ſed Tyranni habentur: cum Regnum Imperiũ ſit, ſuapte natura paternum. Propterea Homerus Iouem Patrem appellat, vt dixit Ariſt. 8. Ethic. cap. 10. Sed quid Ethnicorum vtor teſtimonio, cum Chriſtus Saluator, et Deus noſter in Dominica oratione docuerit nos, Deum appellare patrem: hæc ille. cui addo Ariſt. 1. Polit. in c. 8. et cecinit bellisſime Claudianus ad Honorium Imp.

Tu ciuem, patremque geras: tu conſule cunctis;
Non tibi, neć tua te moueant, ſed publica uota.

Et Horatius ad Auguſtum Cæſarẽ lib. j. carmin. Od. 2.

Hìc ames dici pater, atque Princeps.

et Od. 12.

Gentis humanæ pater, atque cuſtos.

Et Virg. 9. Aeneid.

Fortunati ambo, ſi quid mea carmina poßunt.
Nulla dies unquam memori uos eximet æuo;
Dum domus Aenæ Capitoli immobile ſaxum.
Accolet; Imperiumq. pater Romanus habebit.

31 † Regis etenim nomen non dignitatis ſolum, ſed officij quoque eſt. qui enim ſo-

ſolum hoc nomine dignitatis importari credunt;hi non Reges, ſed Tyrãni ſunt exiſtimandi.declarauit hoc Antigonus Macedoniæ Rex, qui,vt refert Plutarc. in Apophth.cum filium cõſpexiſſet,eos in quos habebat imperiũ ferocius tra-
32 ctantem, atque inſolentius: † An ignoras, inquit, fili, Regnum noſtrum eſſe ſplendidam ſeruitutem? nihil dici potuit cordatius. nam Princeps non minus ſeruire cogitur populo, quàm populus Principi; niſi quod Principi cum dignitate; alioqui re ipſa ſeruitus eſt. Et re vera ſi vlla eſt ſeruitus in politico principatu, magis proprie ſeruus dici debet qui præeſt, quàm qui ſubiectus ctus eſt,vt docet D.Auguſt.lib.19.Ciuit. c.14.& diuine Seneca in lib. de Conſolatione ad Polybium: Cogita, inquit, Cæſarem: vide quantam huius in te indulgentiæ fidem, quantam induſtriam debeas;intelliges,non tibi magis incuruari licere, quàm illi (ſi quis modo eſt fabulis traditus) cuius humeris Mũdus
33 innititur.†Cæſari quoque ipſi,cui omnia licent, propter hoc ipſum multa nõ licent. Omnium domos illius vigilia defendit,omnium otium ipſius labor, omnium

nium delitias illius induſtria, omnium vacationem illius occupatio. Ex quo ſe Cæſar orbi terrarum dedicauit, ſibi eripuit: & ſyderum modo, quæ irrequieta ſemper curſus ſuos explicant; illi licet, nec ſubſiſtere, nec quicquam ſuum facere. Inde Bellarminus noſter in 3. cõtrouerſ. de Roma. Pont. lib. 1. ca. 7. tom. 1. Magiſtratus ſeruit Reipublicæ, et Rex populo; ſi Rex, non tyrannus ſit: & magiſter diſcipulis, et pater filijs; quibus Princeps vti pater theſaurizare debet, & laborare, vt illis acquirat, non autem vt eos expoliet, vt inquit Craue. in cõſ. 238. nu. 18. Prædictam autem commentationem in veritatis lucẽ profert etiã D. Tho. in lib. 3. de Regim. Princ. cap. 3. hoc modo: Concluditur autem ex hoc, quòd quælibet res, quanto ordinatur ad excellentiorem finem, tanto plus participat de actione diuina. huiuſmodi autem eſt Regnum cuiuſcumque conditionis: quia cum intendat nobilisſimũ finem, vt Philoſ. tangit in Ethic. & in 1. Polit. in ipſo diuina præintelligitur actio: & ſuæ virtuti dominorum ſubiici-
34 tur regimen. † Et hinc forte trahit originem veritatis, quòd bonum commu-

ne

ne dicitur potentia a Philoſ. in Ethic.
35 ita D.Tho. † Nunc autem ad concluſionem accedat Principis ſimulachrũ; quod quidem ita repræſentabant Aegiptij; vt oculum pingerent cum ſceptro; indicantes, quod oculus in corpore, id verus Princeps eſſet in Rep. quod ſol in cælo, id Princeps in populo. Sol oculus Mundi, Princeps oculus multitudinis: quod animus in homine, id Princeps in Ciuitate; animus ſapit, corpus obtemperat. denique Dei moderantis vniuerſa, ſalutaris Princeps viuam imaginem refert. Et ponit Andre. Gail de Pace pub. lib. 1. cap. 3. nu. 10. Et eſt celebris Plutarchi ſententia in libello, qui ad Principem ineruditum inſcribitur:
36 † Iuſtitia finis legis eſt: lex autem officium Principis: at Princeps, imago Dei eſt; omnia recte conſtituentis, & diſponentis. Et in ſumma quòd Principatus vtilitatem ciuium et ſubditorũ intueatur, eſt communis, frequentiſſimaque Philoſophorum, et Legiſtarum, et Sanctorum, et Doctorum ſententia, prout recte quidem ita atteſtatur Fernand. Vaſq. lib. 1. Controuerſ. Illuſtr. cap. 1. nu.
37 10. † Quæ quidem publica ciuium vtili-

vtilitas,communeque bonum, eſt aliud nihil,ſecundum Ariſ.3.Polit.cap.8.in fine,niſi quod æquabiliter rectum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt mihi auferre dominiũ rei meæ, etiã nulla ſubſiſtente cauſa: ſed in contrarium n.2. ac deinceps.ubi quòd nec indirecto.*
3 *Poteſtatis abſolutæ, & ordinariæ diſtinctio in humanis Principibus male a Doctoribus conſtituta ſecundum Didac. Couar. & Pinel. Sed quòd immo bene facta fuerit, late oſtenditur in §.8.*
3 *Verbum auferre denotat per vim tollere.*
4 *Princeps de iure diuino non eſt dominus ſubſtantiæ populi, uel ſubditorum,& nu.15.*
5 *Fortunius Garzias laudatur.*
6 *Reſpublica, res Populi eſt, non Principis. & num. 7.*
7 *Potentia eius eſt,cuius eſt actus.*
8 *Dominij actus non eſt Principis.*
9 *Poteſtas transferendi dominium eſt rationis naturalis.*
10 *Domini nomen proprie acceptum non conuenit niſi Deo.*
11 *Reges,& Principes non proprie domini ſunt, ſed*

ſed miniſtri Dei.

12 *Domini titulus omnibus maior.*

13 *Dominus uerus duas habet conditiones, quæ nulli creaturæ conueniunt.*

14 *Rex dicitur a regendo, & conſulendo; non a regnando, & dominando.*

15 *Reges minime dicti ſunt, Primi Iuſti: ſed Paſtores pecorum.*

16 *Lex, uel reſcriptum continens, ut mihi iuſtitia denegetur, etſi habet clauſulam derogatoriam, non tenet, tanquam contra ius naturale.*

17 *Princeps non poteſt quempiam priuare dominio rei ſuæ, etiam ſi ille, de cuius iure agitur, eſſet infidelis, vel Iudæus.*

18 *Princeps auferendo ius quæſitum ſine iuſta cauſa, appellatur Tyrannus.*

19 *Plenitudo poteſtatis non extenditur ad aliquod iniquum.*

20 *Princeps non poteſt auferre ius, alteri quæſitum, de iure ciuili.*

21 *Princeps quamuis habeat iuriſdictionem generalem, non tamen priuatorum dominium habet.*

22 *Caſus ſpeciales, in quibus Princeps ex iuſta cauſa poteſt aliquem dominio rei ſuæ priuare.*

§. SEXTVS.

RES hæc tota eſt clariſſima. Nunc videamus, quo nam pacto ob ignoratas veræ doctrinæ radices in diuerſos quoſdam errores nonnulli Iuriſperiti, & quidem coryphei, inciderunt. Angel. namque in l. ſi verberatum. §. 1. n. 1.
1 ff. de rei vendic. dixit, † quòd Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt auferre mihi dominium rei meæ, etiam nulla ſuadente cauſa; quem refert, & ſequitur Dec. poſt alios, quos adducit in cap. vlt. nu. 31. de confir. vtil. vel inutil. & refert, ac damnat Craue. in conſi. 241. nu. 3. Igitur Princeps, nulla rationis neceſſitate conſtrictus, poterit aduerſus rationis dictamen abſoluta poteſtate vti, vt inquit Didac. Couar. lib. 3. Variar. re-
2 ſolut. cap. 6. ſub n. 8. † Qui propterea cenſuit, diſtinctionem poteſtatis ordinariæ, & abſolutæ in humanis Principibus male a doctoribus conſtitutam fuiſſe; quem ſequitur late Pinel. in l. 2. in 1.

par.Rubri.num.24.& ſeq.C.de reſcind. uendit.& Ferdin.Mendocæ in lib.1.Diſput.Iur.ciu.cap.5.n.35.Quæ quidem res vti fons,& ſeminarium genuit falſas opiniones,erroreſque maximos,& offenſiones graues ex grauibus morbis propter culpam,quæ à Doctoribus fuit cõmiſſa.Quis enim errore ab uno non diſcet omnes, dum Angel.in d. l. ſi verberatum.§.1.inquit:Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt mihi auferre dominium rei meæ, etiam nulla ſubſiſtente cauſa;& non contentus adijcit. Et qui contrarium dicunt,mentiũtur.Et idem voluit in l.3.§.ſi is pro quo.ff.quod quiſque iur.quem (proh pudor,) auium more(vt in ſimili inquit Dec.in conſil. 481. num.12.& in conſi.499.num.12. & amplificat Cagnolus videndus in l.2. num. 144.ff.de orig.iur.)ſequitur Socin.in cõſil.83.lib.3.And.Sicul.in conſil.64. colũ. pen.lib.4.Dec,in conſil. 191.nu. 4. 198, num.2.& 269.num.11.ac etiam in c.quæ in Eccleſiarum num. 103. de conſtitut. & ante omnes Iaco. Butrig.dixit, quòd Princeps poteſt auferre mihi dominiũ rei meæ ſine aliqua cauſa; quem refert. & reprobat Bar.in l.fi.C.ſi cont.ius, vel

vtil.

vtil. pub. id quod velle viſus eſt etiam Spec.in tit.de lega. §. nunc oſtendēdum eſt,& Bald.in l.Barbarius in 5.col. verſi. venio ad ſecundum in 2.lect.ff. de offic. Præt.Alex.in conſil.1. n. 12.lib.2.& alij quamplures, quos cumulat Fernand. Taſq.lib.1.Controuerſ.Illuſtr.cap.5.nu. 15.quorum fundamentis ſigillatim reſpondet Hippol.Rimi. in conſi.45.num. 60.vſque ad num.88.lib.1.Neque defuerunt(rem certe admiratione dignam) qui affirmare auſi ſunt, Principem etiã de iure diuino rem alterius auferre poſſe de plenitudine poteſtatis, ita dixit Reſtaur. Caſtal. de Imperat.q.100. caſu.16.adducens tex.in 1.Reg.cap. 8. Populo enim Iudæorum petenti Regem, Samuel ex perſona Dei ſic loquitur;Hoc erit ius Regis, qui imperaturus eſt vobis; filios veſtros tollet,& ponet in curribus ſuis;facietq. ſibi equites, et præcurſores quadrigarum ſuarum: & conſtituet ſibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum, & curruũ ſuorum. Filias quoque veſtras faciet ſibi unguentarias,& focarias, et panificas. Agros quoque veſtros,& uineas, &

olivueta optima tollet,& dabit ſeruis ſuis. Seruos etiam veſtros,et ancillas, & iuuenes optimos, et aſinos auferet. et ponet in opere ſuo. Greges quoque veſtros addecimabit; voſque eritis ei ſerui. Hæc tamen, quæ commemorantur a Samuele, non ſunt ea, quæ Reges ſecundum iuſtitiam debent facere, ſed ea, quæ ſolent facere per violentiam; quæ Samuel enumerauit diligentisſime, ut populum a petitione Regis deterreret. hæc eſt explicatio ſanctorum Patrum Hieronymi, et Cypriani. Quam quidẽ violentiam oſtendit etiam verbum, Au
3 ferre; † quod, vt alia verba ommittam, per vim tollere ſignificat, vt habetur in l. ſed eximendi. ff. ne quis eum, qui in ius voc. not. glo. in l. 3. §. non ſolum. ff. de incend. ruin. traditque. Roma. in conſil.
4 364. in prin. † Quinimo de iure diuino Princeps nõ eſt dominus ſubſtantiæ populi, vel ſubditorum, tex. eſt in lib. Ezechielis, cap. 46. ita inquiens: Et non accipiet Princeps de hæreditate populi per violentiam, et de poſſesſione eorũ: ſed de poſſesſione ſua hæreditatem dabit filiis ſuis, vt non diſpergatur populus meus vnuſquiſque a poſſesſione ſua;

vbi Hector Pintus: Aſpicis, inquit, non eſſe Principem dominum ſubſtantiæ populi:immo debet defendere,et protegere ſubditos,veluti iuſtitia animata, et lex viua:et ita debet conſeruare populum;vt videatur potius a Principe nutriri,quàm Princeps a populo ſubſtētari. hæc ille.idem habetur Exod. 20. Leui.19.et Deut. 5. Deinde exemplis hoc ipſum perſpicuum fit. Acab enim,et Iezabel vxor eius mala morte interierũt, pro violentia, quam fecerunt Naboth de Vinea ſua, vt in 4.Reg. ſcriptum eſt. E contra Dauid Rex cum vellet altare condere ad Deum placandum, pro numeratione populi faſtuoſa,nimis offenſum; aream emit ab Ornam Iebuſæo: ipſoque offerente gratis,recuſauit Rex. et vt legitur in 1.Paralip.21.pro præfata area dedit Dauid ſexcentos ſiclos auri iuſtisſimi ponderis. Accedat Rebuf. in Praxi.Benefic.in reg.de non toll.iur. quæſ.vbi affirmat,quòd dicta regula iuri diuino conformis, atque conueniens ſit,per tex.3.Reg.cap.21. ibique late declarat.Et huc ſpectant notata in.§.præced.nu.26. Baldus etiam mihi magnam admirationem mouet;qui in l.niſi.ff. de

mino.et clarius in l.eleganter in 2. lect. in 6. not. C. de dol. inquit, quòd Princeps iuri naturali,quod immutabile eſſe affirmat,derogare nõ poteſt.Proinde vero contra Angelum pro hac veritate
5 ſtat † excellentis ingenij vir, ſi ex ungue Leonẽ agnoſcere licet,Fort.Garzi. in l.Gallus.§. et quid ſi tantum nu. 290. 309.et 310.ff.de lib. et poſthum.Crauet. in conſi.241.nu. 12. dicens,quòd Angelus,qui contrariæ ſententiæ fuit Anteſignanus,non vt Angelus,ſed vt homo,et mendax locutus eſt; et contra eum eſt cõmunis opinio. et Poſtillator ad Dec. conſi.269. affirmat,illud Angeli dictum eſſe falſum,et adulatorium. et arroganter fuiſſe locutum,aſſeuerat Iaſ.in l.Barbarius in 3.col. verſi.Tertio decimo. ff. de offic. Prætor. et concinit Cagno. in proem.ff.num. 9. Quibus accedat Marcus Aurelius Imper. in Epiſt.ad Cornelium amicum ſuum; ubi inter cætera dicit,vocem iſtam: Principis omnium rerum priuatarũ legitimi domini ſunt; ab aſſentatoribus ipſorum Principum prodiiſſe;qui propterea immediate addit. Quare dum Principes priuatarum rerum iniuſte domini fieri uolunt, iuſto

dæorum iudicio rerum ſuarum iacturã
6 faciunt. † & Adrianus Imp. qui ſæpius in Senatu dixiſſe fertur;ita ſe Rempub. geſturum,vt ſciret,rem populi eſſe, non propriam,vt poſt alios refert Roderic. in ſpec.Vitæ hum.lib.1.cap. 2. Huc accedant not.in.§.5.nu.17.Hæc autem ipſa veritas demonſtrari etiam poſſe vi-
7 detur hoc modo: † Eius eſt potentia, cuius eſt actus, vt in lib.de Somno,& Vigilia inquit Philoſophus, l.Diuus. §. fin. ff.de uſu & habit.& Hier. Gab. in conſil.
8 24.num.30. lib. 2. † at dominij actus ſimpliciter, & abſolute non eſt Principis. ideo poteſtas transferendi dominium non conuenit formaliter Princi-
9 pi.probatur minor: † poteſtas transferẽdi dominiũ,eſt actus effectiuus,quãtum ex ſe eſt, rationis naturalis. §. feræ Inſt. de rer. diuiſ. Craue. in conſil.293. ſub num.4.et docet Didac.Couar. in relect. cap,peccatum par.2.§.11.ſub.num. 3.de reg.iur. in 6. & Sotus egregie quidem in lib.4.q.4.art.1.col.4. de Iuſtit. & Iur. Ergo repugnat,quòd Princeps auferat alicui dominium rei ſuæ, & illud abſque iuſta cauſa in alium transferat. diximus enim,Principem ratione natu-

rali minime ſolutum eſſe. Probatur in-
10 ſuper, quoniam † nomen, Domini pro-
prie acceptum, non conuenit niſi Deo.
vt Tertullianus tradit in Apolog. cap.
34. nec propterea tolluntur Reges, et
11 Principes; † qui non proprie Domi-
ni ſunt, ſed miniſtri Dei; qui unus ve-
12 rus Dominus eſt: † nullus enim titu-
13 lus maior. nam verus Dominus † duas
habet conditiones, quæ nulli creaturæ
conueniunt. vna eſt, ut posſit pro libito
vti re, cuius eſt dominus; et eam auge-
re, minuere, mutare, annihilare & c. alte
ra, vt nulli ſeruiat; ideſt, nulla re indige-
at, ſed ſe ipſo ſufficiat, vt inquit Bel-
larminus in controuerſ. 5. tom. 1. lib. 3.
cap. 3. poſt D. Auguſt. in Geneſ. lib. 8.
cap. 11. qui in lib. 5. de Ciuitate Dei in-
14 quit, † Quòd Rex dicitur a regendo,
et conſulendo; non a regnando, & domi-
nando. vnde eſt illud Domini Luc. 22.
Reges gentium dominantur eorum.
15 † adeo primi iuſti Paſtores pecorum,
potius quàm Reges hominum dicti ſũt.
id quod late docet D. Thom. in lib. 3, de
Reg. Princ. Vnde Medina in 1. 2. D. Tho.
q. 90. art. 2. inquit: Reges, & Princi-
pes non ſunt domini, ſed miniſtri, et diſ-

penſatores Reipublicæ; adducit autem Iſa. cap. 5. Sap. cap. 6. & D. Paul. Rom. cap. 3. qui hoc nomine eos uocat, dicẽs: Miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſer uientes. ergo infert Medina, non poſsũt inſtituere leges ad priuatum commodum, & vtilitatem, et addit: Quinnimo aſſerere, quòd Principes, & Reges habeant dominium in bonis ſubditorum ita, vt posſint conuertere ea in propriam vtilitatem, & inſtituere leges in proprium commodum; dogma eſt peſtiferum, & omnibus modis execrandum. et Sotus in d. q. 4. art. 1. ita conſtanter affirmat: Neque Imperator, neque Principum ullus eſt proprietarius dominus. Turca. n. eſt addit, quì, ut fertur, illa dominatur tyrannide, vt cunctas ſubditorum ſubſtantias tanquam ſuas proprias posſideat; ut pro libito vniuerſa ſibi, ut putat, posſit uſurpare, & refert Pinel. in l. 2. par. 2. rub. n. 24. & 26. C. de reſcinden. vendit. Adſtipulatur etiam Crauet. in Conſi. 238. n. 11. vbi de rebus ipſius com munitatis, & priuatorum loquitur. glo. in clem. vnic. de baptiſ. vbi pulchre Ab. n. 8. late Lancel. Conrad. in Temp. omn.

Iud.

Iud.lib. 1.§.3.verſ.5. & tradunt Doctores cõmuniter in l.decernimus.C. de Epiſc. & Cleric. Idipſum autem perſpicuum magis fit ex iis, quæ latius in §. ſequen. oſtendimus. Nunc autem ſufficiat,hãc eſſe magis communem,æquiorem, & rationabiliorem, ſeu veriorem (ne dicam verisſimam) Doctorum opinionem; de qua ita atteſtatus fuit Fulgoſ.in l.fin.C. ſi cont.ius,vel vtilit.pub. vbi inquit, ita etiam conſuluiſſe,prout vere conſuluit; idem tenendo,in conſil.61.col.2.& poſt eum Felin.in c. quæ in Eccleſiarum ſub num.54.de conſtit.Ioan. Fab.ſuper l. bene a Zenone.C.de quadri.præſcrip. Boſſi.tit.de Principe.n.290.late Ant. Gabr. tit.de iur.quæſ.non toll. concluſ. 1. n.1. Menochi,de Arbitr.Iud.quæſt. 48. nu.7. Riminal.Iuni.in conſi.45.num.89.& 90. lib.1.& nouisſime Burſat.in conſi.27. n. 23.lib.1.Quibus omnibus accedat Angelus ſibi contrarius in conſi.139. Viſis omnibus col.3.vbi ita inquit:Non enim poteſt ciuitas, aut Princeps, non interueniente delicto,priuare ſubditum ſuũ dominio rei ſuæ expedite, et ſimpliciter. hinc eſt,quòd gl.dicit, Principẽ non eſſe dominum mei libri l.bene a Zenone

C.de quadri.præſcri. et not. in l. deprecatio. ff.ad l.Rhod.de iactu. Propterea auferre mihi meum pro nulla cauſa, eſt
16 mihi iniuſtitiam facere.†lex autem,uel reſcriptum,continens, vt mihi iuſtitia denegetur, etſi habeat clauſulam derogatoriam, Non obſtante lege aliqua, tanquam contra ius naturale', non tenet, vt not. Innoc.in c.cum in Eccleſia-
17 rum de conſtit.ita Angelus.† Ex quib. & aliis adductis in §.5.n.7.deducitur,improbabilem reddi, Pariſij ſententiam conſil.1.num.38. & ſeq.vol.4.dicentem, quòd etſi Princeps directò nón posſit tollere ius a ſubditis; posſit tamen per indirectum;iubendo, vt ſi rem petant, non audiantur a ſuis magiſtratibus, & officialibus,ſequitur Rui.conſi.123.lib. 4.Sed uterque ſine ratione, cum in vtroque ius auferatur ſine cauſa; quod iniuſtum eſt.vt recte quidem huiuſmodi Pariſij dictũ rehehẽditur a Ferdin. Mendocæ in lib.1.Diſput.Iur.ciu.c.5. nu.38. Et reuera,addiderim ego, Princeps nõ poteſt quempiam priuare dominio rei ſuæ,etiam ſi ille,de cuius iure agitur,eſſet infidelis, vel Iudæus, ex traditis per Inno.in c.ſuper his.n.3.de voto, Ab.in c.
quæ

quæ in Eccleſiarum n. 12. de conſtit ut. Guid.Pap.conſil.195.num.5. et late per Foller.in Praxi Cenſua.in verſi.& ſubmiſ
18 ſiones num.16. † Immo vero Princeps, auferendo ius quæſitum ſine iuſta,& legitima cauſa, appellatur Tyrannus.
19 † quoniam plenitudo poteſtatis non extenditur ad aliquod iniquum, vt ibi per Foller.n.17.& dixit Bald. in titu. de Pace Conſtan.col.21. quòd aliena largiri ſine culpa poſsidentis, quædam Tyrannidis ſpecies eſſet;per quam Principis liberalitas atque magnanimitas cō taminaretur, refert Gomeſ. in reg. 1. de non toll.iur.quæſ.pag.9.verſic. putarem tamen. Quibus accedat Bart. in extrauag.Ad reprimen.in ver. Videbitur nu. 12.vbi ita inquit: Non enim quis poteſt eſſe ſolutus magis legibus,quàm Imperator; & tamen ſua libertas ad hoc non extenditur, ut iura uidelicet alterius ullo modo tollere, vel lædere poſſit. Iuſtitiæ namque proprium eſt, alienum non attingere,ut ſignanter ex Carneade inquit Lactan. Firmian. de Iuſti-
20 tia lib. 1.cap.17. † Quinimo Bartol.in præcit.loco.n.13.addit, illud eſſe uerū, etiamſi ius alteri quæſitum ſit de iure ciuili,

uili,& tradit Boſſi.tit. de Principe . nu. 191.Craue.conſi.7.nu.10.et late de Antiq.Tem.par.1.in.prin.num 49.& par. 4. in prin.num.38.Menochi.de recup.poſſ. remed.8.num.64.Et egregie Pinel.in d 2.par.rub.cap.2.num.5.et 9.ubi communem d.cit , et magis communem ponit Craue.conſil. 172.num. 3. et Burſat. in cõſ.187. num.38.lib. 2. et congerit late Ant.Gabr.tit.de iur.quæſ.non toll. concluſ.1.num.18.uerſi. contrariam autem opinionem.Quòd ſi radices huius ueræ doctrinæ ſcire magis deſideras, uideto, Fortu.Garzi.in l. Gallus §. et quid ſi tantum,n.295.ac deinceps ff. de lib. et poſthu.quem commendat,et approbat,Didac.Couar.in Epit.Decret.par .2. §. 9. in fine;et cui conſonat Salomonius in hac
21 l.Princeps.n.7. † Et quamuis Imperator habeat iuriſdictionem generalem in uniuerſo l.deprecatio.ff.ad l.Rhod.de iactu.et late per Cagno.in proœm.ff.nu. 4.verſ. ſecundo aduerte cum pluribus ſeq.(quod quidem intelligendum eſt, ptout declarat Fernand. Vaſq. in lib. Controuerſ.Illuſtri Cap.20. Sot. de Iuſt. et iur.lib.4.q.4.art. 2. et Nauarrus in relect.cap.nouit.in 3.not.num.156. et 157.
de

de iudic.)non tamē rerum priuatarum dominium habet, gloſſ.in l.bene a Zenone C.de quadri. præſcri.(reprobata opinione Martini; qui ob Imperatoris timorem,uel amorem omnia Imperatoris eſſe dixit, ut inquit Andr. de Iſer. in Conſtit.ſi dubitatio)tradit late Bar. in proœm.ff.n. 3. qui hoc ipſum repetit in l.1.§.per hanc.n.2.ff.de rei uendic. et in l.hoſtes,§.7.ff.de capti.et poſtlim. reuerſ.Alex.in conſi.112. num. 3. lib.4. et in conſil.76.num.6.lib.2Igne,in l. neceſſarios §.non aliàs in 3.par.num. 56. poſt Luc.de Pen.inibi adductum ff.ad ſenatus C.Syllan.& per Rolan.in conſi.1.nu. 101.lib.2.late,et not.per Didac.Couar. in releсt.reg.peccatum in 2.par.§.9. nu. 5.de reg.iur.in 6.Craue.in conſ. 238.nu. 11.et per Ant.Gabri.in tit de acqu. rer. dom.concluſ.3. num. 8. id quod eleganter dixit Seneca in lib.7. de Beneficiis. Ad Reges poteſtas omnium,ad ſingulos proprietas; et paulo poſt: Quemadmodum ſub optimo Rege omnia Rex imperio posſidet,ſinguli dominio: omnia ſunt in Imperio Cæſaris,in patrimonio
22 propria. † Caſus autem ſpeciales, in quibus Princeps ex iuſta, et legitima

tima cauſa poteſt aliquem dominio rei ſuæ pruare, uide per Iaſ. in l.Barbarius col.7.ff.de offic.Præt.Felin.in c.nonnulli n.63.et 65.de reſcrip.Guid.Pap.in conſ. 195.num. 4. et per Menochi.de Arbitr. Iud. quæſt.lib.1.q.45.num.9. Quibus adde D.Thom.de Regim.Princ.ca.11. ubi inquit,quòd Principes in duobus caſibus tantum grauare poſſunt ſubditos in bonis eorum,et rebus;ratione uideli cet delicti,et pro bono communi ſui regiminis;præter uerò dictos duos caſus ſtipendiis ſuis contenti eſſe debent.

SVMMARIVM.

1 *Imperatoris poteſtas maxima,& incomparabilis eſt, ex aliquorum ſententia, & num. 2. & 3.Sed declaratur num.4.& ſeq.*

4 *Princeps de plenitudine poteſtatis omnia poteſt:intellige prout in §.ſeq. num. 2. ac deinceps.*

5 *Verba ad intellectum poſſibilem referenda ſunt.*

6 *Deus duas habet poteſtates in uniuerſum orbem.*

7 *Deus etiam de potentia eius abſoluta non poteſt ea, quæ contradictionem implicant.*

8 *Publica utilitas pugnat cum particulari ſine iuſta cauſa.*

9 *Voluntas, & poteſtas idem prorſus ſunt in Deo: non autem in Prineipe.*

10 *Solus Deus quicquid vult, debet uelle propria voluntate; ita vt aliam, quam ſequatur, non habeat.*

11 *Princeps vti debet ſua poteſtate cum ſapientia ſemper, & nu. 17.*

12 *Chriſtus propter publicam hominum vtilitatem poteſtatem ſibi datam eſſe dixit.*

13 *Princeps a Deo conſtitutus eſt, ut faciat iuſtitiam, & iudicium.*

14 *In vero Principe tria requiruntur.*

15 *Poteſtas Principum quamuis ordinatio Dei ſit, vſurpatio tamen rerum publicarũ, quando violato iure fit, non eſt a Deo præcipiente, ſed id tamen in punitionem ſubditorum permittente.*

16 *Poteſtatis legitimus uſus, inſpiramen Dei eſt.*

18 *Ratio non decipitur, nec decipit.*

19 *Voluntas Principis, etiam ſine ratione conſiderata, eſt cauſa, & norma ferendarum legum ſecundum aliquos: ſed contra num. 24. ac deinceps.*

20 Intel-

20 *Intellectus l.1.ff.de conſtit.P rinc. ac deinceps omnino autem n. 33.56.63.& 75.*

22 *Voluntas dicitur ſecundum quod aliquid abſolute appetit.*

23 *Voluntas in ratione eſt.*

24 *Gubernare rationis eſt.*

25 *Principari, eſt inter reliquos priorem exiſtere.*

26 *Obiectum Tyranni eſt voluptas; Regis autem quod bonum eſt.*

27 *Voluptas eſca malorum omnium.*

28 *Potentia in coactionem, & perſuaſionem diuiditur.*

29 *Antigoni Regis celebris reſponſio.*

30 *Alexander magnus Iuſtitiæ ſubditum ſe eſſe dixit,*

31 *Tyranni opus quod nam ſit.*

32 *Iuppiter ſine iuſtitia imperare non potuit.*

33 *Voluntas Principis rationem ſequi debet, & num.57.ac deinceps.*

34 *Lex eſſentialiter eſt in ratione.*

35 *Ratio quid ſit.*

36 *Rationis plura attributa, pulchra quidem uſq; ad num.44.*

44 *Principatus rationis eſt, declaratur. n. 55.*

45 *Rationi ſeruire ſumma libertas eſt.*

46 *Ratio naturalis, et Prudentia regulant actus humanos.*

47 *Regimen a Ratione ſuam bonitatem habet.*

48 *Ad*

48 *Ad Rationem omnes animæ potentiæ reducuntur.*

49 *Regimen omne ad Deum reducitur.*

50 *Ratio vti Princeps ſuper hominum quiete, & ſalute ordinata eſt.*

51 *Qui cum ratione altercari contendit; res, & iuriſdictiones aliorum occupando, Naturæ ſe opponit,et bellum cum Deo ſuſcipit.*

52 *Quod ratione caret,extirpandum eſt.*

53 *Deus non poteſt facere ea,quæ non ſunt rationabilia.*

54 *Homo,qui non vtitur ratione, non eſt homo, ſed beſtia.*

57 *Coactio ſimplex Tyranno proprie conuenit.*

58 *Procax dictum; ſi libet, licet.*

59 *Abſurdum ab omni diſpoſitione reijciendum.*

69 *Voluntas eſt regina: Intellectus autem rex, & Imperator.*

61 *Voluntas non eſt regula actionum alicuius creaturæ.*

64 *Princeps a rationis lege ſe eximere nequit.*

65 *Ius,& Iuſtitia reddit vnicuique quod ſuum eſt.*

66 *Maximum omnium malorum eſt, inferre iniuriam.*

67 *Vox, STATVS CAVSA, non bene reſonat.*

68 *Ardua quæſtio, & ſcitu digna.*

69 Legem,

69 *Legem, qui præeſſe vult, is Deum, ac leges imperare vult; qui autem hominem, belluam adiungit.*

70 *Regnum abſolutum quando ab Ariſtotele approbetur.*

71 *Monarchia ſimplex abſolute, & ſimpliciter excellit.*

72 *Ariſtoteles in lib. 8. Ethi. cap. 10. & in 4. Polit. cap. 2. declaratur.*

73 *Princeps, qui omnibus dominatur, omnibus etiam uirtutibus præditus eſſe debet.*

74 *Magiſtratu dignum non eſſe quemquam, qui non ſit melior ſubditis.*

75 *Ariſtoteles Monarchias abhorruit.*

76 *Reſponſio ad quæſtionem.*

77 *Voluntas, quæ in ratione eſt; libera eſt libertate Regia; non Tyrannica.*

78 *Dominium non fundatur in gratia, aut fide; nec deſcendit de iure diuino, ſed ex iure gentium.*

79 *Infideles ſunt ueri & ſupremi Principes ſuorum regnorum.*

80 *Dominium fundatur in libero arbitrio, & ratione.*

§. SE-

.§. SEPTIMVS.

VT autem tollatur omnis error doctorũ, duo eorum fundamenta animo, menteque conſideranda ſunt; quibus ipſi, non bene iactis, innixi; non mirum certe, ſi prolapſi ſunt, & in grauisſimos inciderunt errores, at his bene intellectis, & declaratis, non dubito, quin hæc veritas ab omnibus libentisſime amplectenda, tuendaque ſit. Primùm igitur eorum fundamentum, quo hanc abſolutam Principis poteſtatem ſecundum voluntatem, & opinionẽ eorum, non ſecundum rationem, interpretati ſunt; dicentes omnia ſubditorum bona Principi patere: et alia hu-
1 iuſmodi; illud eſſe videtur: † dicunt enim multa, ſed inepte quidem, qualia ſunt quòd Imperatoris poteſtas maxima, & incomparabilis eſt: propterea quòd ſicut Deus eſt Princeps
2 in cælis, † ita Imperatorem ſuum Vicarium, & dominatorem in terris conſtituit l.2.ibi. Quia diuiuæ res. C. de vet.

iur.enucle.& eſt gloſſ.ſing.in princ.rub. Auſten.de Hær.& Falc.& quòd recte ap pellari posſit Rex regum. & dominus dominantium,vt inquit Lancel. Córad. in Temp.om.iud.lib.1.§.1.verſi. orbem. num.9.et pulchre per Menochi. de Præſump.lib.2.præſ.10.num. 3.& dixit Bal. in conſi.373.num.3.& 2. lib. 1.Siplacet Principi, valeat, ac ſi placeret Deo, ut in Aucten. de Conſulib. in fin. idem dixit in cap.fin.de nou. for. fidelit. in hæc verba. Quod facit Princeps, facit vt Deus. ideo poteſt mutare quadrata rotundis.c. propoſuit de conceſſ. præben. & c. cum ueniſſent de iudic. Et vt factũ pro non facto, & ſcitum pro non ſcito habeatur.cap. is qui fidẽ deſponſ. et cle
3 men.1.de præben. † Tantaque eſt celſitudo ſupremi Principi, vt ſibi lex impo ni non posſit:propterea quòd Deus illi leges ſubiecerit,vt idem Bald. inquit in l.1.in fin.de alienat.feu.& eſt tex.in d. §. fin. Aucten.de Conſulibus,vbi habetur quòd Deus leges ſubiecerit Imperatori. Et quando Princeps facit aliquid de plenitudine poteſtatis, nihil opponi po teſt, vt per Bald.ibidem col. 9. Et nemo poteſt ei dicere: Cur ſic facis? Bald. in
proœm.

procœm.ſeu. num.34. & per Cagno. in l. totum in fin.ff.de reg. iur. vbi Saluatoris noſtri exemplum adducit Ioan. cap. 4. Nec audiri debet aduerſus illud, ſed ſibi imponi perpetuum ſilentium, Bal. in cap.1.§.ſi quis autem in princ.de Pac. Conſtan. Et in tit. qual. dom. propriet. feu.priue.num.8. quòd Princeps eſt omnia,et ſuper omnia,& per Crau. in cóſ. 241.num.3.Et rerum naturas Princeps mutare poteſt,vt inquit Afflict. in cap. 1.§.ſimiliter.num.88. de capit. qui cur,
4 vend. † Et in ſumma Princeps de plenitudine poteſtatis omnia poteſt,vt inquit Ancha.Iuni.lib.2. Quæſt.famil. q.6. num.3.cum aliis de quibus per Craue.in conſi.241.nu.2.3.4.et 20. vbi declarat, et late de Antiq.tem.par.1.in prin.nu. 38.cum pluribus ſeq. et per Dec. in cóſ.
5 588.num.1.ac deinceps. † Hoc auté fundamentum conſtruẽdæ poteſtatis Principis,poſitum in verbis ſimpliciter prolatis,corruit; niſi in intellectu posſibili illud iaciatur, iuxta l. fin. C. de cont. & com.ſtip.et l.ſtipulatio iſta.§.ſi qui ſunt ff.de verbo. oblig. Eſt igitur pro reſpõſione animo,et cogitatione complectendum id quod, claritatis gratia diſtin-

guendo, dixit Sot. de Iuſt. & iur. lib. 2. q.
6 3. art. 8. † Deus duas habet poteſtates in vniuerſum orbem: unam quòd iure creationis eſt dominus nõ ſolum bonorum omnium exterorum, verùm et corporum, et ipſius etiam uitæ, & Angelorum; quos tanquam ſua opificia in nihilum redigere poteſt. alteram verò quòd eſt legislator, atq; adeo vniuerſalis omnium iudex. ratione primæ poteſtatis, quia. ſ. eſt dominus, quæ abſoluta dicitur, poteſt vniuſcuiuſque rem alteri tradere, ipſo inuito; quodquidem nullam habet diſpenſationis rationem: cũ enim rem tuam alteri tradis, non diſpẽſas in furto: quia capiens non furatur. Ratione uero alterius poteſtatis præciſe conſideratæ, ſi Deus eſſet tantum legislator, et non Dominus, innocentem, & minime criminoſum inuitum rationabiliter ſuis bonis nudare non poſſet: quia hoc adeo eſt intime iniquum, vt fieri iuſte nequeat. cui addo Cardin. Contare. in Compend. primæ philoſ. lib. 2. vbi inquit: Deus re quidem eſt cauſa rerũ, ac dominus; quia terminus quidem eſt habitudinis, ac relationis aliarum rerum ad ipſum. Sicuti enim cæte-

ta re habēt ad Deum habitudinem; ita etiam re, non ratione,eſt illius habitudinis terminus: ac propterea re dominus eſt. Et D.Dionyſ.Areopag.in lib.de Diui.nomi.cap.5.par.4.Deus omnia rerum initia,limites omnes, ac terminos continens,ac ante habens; ſuper omnia eſt:quoniam ante omnia per ſubſtantiæ excellētiam præeſt.ideo & omnia ipſius ſunt,ſimul et dicuntur:et tamē nihil eſt omnium. quibus adde notata in §.6.nu. 9.& ſeq. Si igitur Princeps Dei poteſtatem æmulando, prima illa poteſtate, quia.ſ. eſt dominus,quam abſolutam diximus,uti velit; quis non videt; hoc eidem nullo modo licere, cum non ſit rerum creator, ſupremuſque omnium dominus: verùm pura creatura, ipſi Deo ſubdita,& peccator. quinimmo ſi uera proloqui fas eſt; nefanda, iudice me, temeritas,audacia, ſuperbia eſt, vnum homunculum,qualis eſt Imperator,ſummo,maximoque Deo ſe ſimilem iactare: ſuamque puſillam,imbellem, tantillulam prouidentiam, et potentiam immenſæ, et ineffabili illius potentiæ, et prouidentiæ velle conferre,aſſimilare, adæquare, dæmonumque ſuperbiam e

cælo cadentium imitari, & æmulari videretur, ne dicam ſuperare'. verba ſunt Ferdinan. Vaſq. in lib. 1. Controuerſ. Illuſtr. cap. 21. num. 33.' et D. Auguſtinus in illud Pſal. 69. Deus adiuua me, negat, homines proprie, et abſolute dominos eſſe, ſicut Deus eſt. Si autem altera, quia ſcilicet eſt legislator, Princeps ſe vti poſſe dicat; quomodo rem vnius alteri tradet, eo inuito, cũ hoc adeo ſit intime iniquum, vt fieri iuſte non poſſit, ut
7 dictum eſt. † Deinde reſpondeo, quòd Deus ex parte potentiæ eius, etiam abſolute, non poteſt ea, quæ contradictionem implicant, vt per D. Tho. par. 1. q. 25. artic. 3. et q. de poten. Dei artic. 6. ac etiam in lib. 2. Cont. Gent. cap. 22. & 25. & Dec. in l. repugnantia, n. 3. ff. de reg. iur. & per Menochi. de Retin. poſſ. remed. 3. n. 517. Sed cum poteſtas Principis ſit ad bonum, hoc eſt. ad vtilitatẽ populorum, non autem ad malum, hoc eſt, nõ ad ipſius, uel alterius priuati utilitatem, ſine iuſta cauſa, ut diximus.
8 † (pugnant enim hæc duo inter ſe, vt in §. 5. præſertim num. 26. ac deinceps oſtẽſum fuit. quibus addo, quòd familiaris res, prout non dicit ordinem ad bonum commune, ſed præciſe in priuatum affe

ctum

ctum, & prauum ordinata opponitur publicæ, l. iuriſgẽtium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. l. ſi publicanus. §. 1. ff. de pub. iudi.) perſpicuum eſt, Principis poteſtatẽ ad illam ſe extendere: ad hanc vero nequaquam, etiam ſi tu illam abſolutam dixeris. & confirmatur prædicta reſponſio; quoniam Deus extra ordinem rerum eſt, ut nullis poſſit legibus cogi; niſi illis forte, quas ſibi pro uoluntate ſtatuit; a quibus ſine ſui mutatione, tũ ſine alicuius rei præiudicio poſſet, ſi vellet, recedere, vt inquit Iacobus Naclantus in ſuis quæſtionibus q. 2. in 5. pũcto. Et quia Deus, qui omnia poteſt, nulli ſubiicitur, cum ſit cauſa, & principiũ omniũ, ut inquit in terminis fort. Garz. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum nu. 309. ff. de lib. & poſthu. Princeps autem licet vicem Dei gerat in terris, non propterea dicere poteſt, ſicut Deus; Aut non licet mihi quod volo facere? Matth. 20. (quaſi dicat, ſic:) quia volũtas Dei nullo modo poteſt eſſe diſtorta, ut Liranus
9 ait. † Neque in Principe idem ſunt uoluntas, & uirtus, ſiue poteſtas, prout idẽ prorſus ſunt in Deo, ut in 1. Sent. et ali-
10 bi Theologi inquiunt † Solus enim

Deus quicquid vult, propria uoluntate uult, ita ut aliam, quam ſequatur, non habeat ſupra ſe, ut inquit D. Anſelmus
11 in lib. de ſimilitudi. cap. 8. † Sua igitur poteſtate ſemper cum ſapientia Princeps uti poteſt, ac debet, prout ſemper facit Deus; intelligendo etiam de abſoluta eius poteſtate, ut declarat D. Tho. in q. de Poten. Dei art. 5. in reſp. ad quintum. Cuius quidem vicarius in terris Princeps eſſe dicitur, et eſt; qui ob eam cauſam propter vtilitatem potius ſub-
12 ditorum, quàm ipſius propriam regere, et gubernare debet. † Ipſe namque dominns ad hunc finem dixit ſibi datã fuiſſe poteſtatem omnis carnis. Ioã. 17. Dediſti ei poteſtatẽ omnis carnis, ut oẽ, quod dediſti ei, det eis uitã æternã; et c. 10. Ego ueni, ut uitã habeant; et abũdantius habeãt. et diximus in §. 5. n. 15. Hæc certe eſt illa uera poteſtas, quam Princeps, Chriſti Vicarius, imitari, et æmulari debet; ſi re, et non tantum nomine Princeps haberi uelit; cuius titulus N. Dei gratia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus, de Pac. tenen. in prin. hic eſt Reip. non priuatæ accomodus. additque not. ibi tex. Quoniam a diuina prærordinante

nante clementia ſolium regiæ maieſtatis conſcendimus;dignum eſt, ut cuius præcellimus in munere, illi omnino pa-
13 reamus.†Et Princeps a Deo conſtitutus eſt, vt faciat iuſtitiam, et iudicium. 3. Reg.cap.10.tex. not. in Auctén. de Armis in prin.& in Auctén.Conſti.quæ de dignit.in prin. et in Auctén. ut non luxu.cont.nat.in prin.Afflict.in cap. 1.§.ſimiliter.num.15.C.de capit.qui cur. vẽd. alioquin peccat contra ordinationem Dei, & Principis nomine indignus eſt, can.ſcelus 2.q.1.Iuſtitiam quippe in terra cuſtodire tenetur Princeps; adeo vt ſi eam non cuſtodiat, & propter eius culpam latrones increſcunt, ad reſtitutionem tenetur;quia reditus, quos habet,ſunt quaſi ſtipendia ad hoc inſtituta,vt iuſtitiam cuſtodiat in terra,ſecundum D.Thom.22.q.62.art.7. ita Andre. de Iſer.tit. Quæ ſint rega.in verſi.Vecti-
14 galia num.14. † Et alibi ſcribit Oldr. in conſil.59.col.1.quòd in vero Principe tria requiruntur,potẽtia, ſapientia, & diuinus cultus; plus tamen confidere debet in diuino cultu,& ſapientia,quàm in potentia: quia Deum vltorem habet: & qua menſura metietur alios, eadem ipſe remetietur l.rem non nouam.C. de iu-

indic.Bal.in conſi.309.lib.1. & per Cra-
35 uet.in conſil.135.num.44. † Et quam-
uis poteſtas Principum ordinatio Dei
ſit, uſurpatio tamen rerũ priuatarum,
quãdo violato iure ſit, nõ eſt a Deo præ-
cipiente, ſed tamen in punitionẽ ſubdi-
torũ per mittente; de quibus per Oſeã:
Regnauerunt, & non ex me. Principes
16 extiterunt, & non cognoui.† Poteſtatis
nãque vſus, quando legitime ſit, inſpira
mẽ Dei eſt. de hoc.n.uſu peculiariter il-
lud intelligitur Prouer.8. Per me Reges
regnant, & legum conditores iuſta de-
cernunt, vt inquit Sot.lib. 4. de Iuſtit.& iur.q.4.art.1.in fi.& Oldra.in conſi.180. col.3.vnde in Aucten.Quom.opor.Epiſ. in princ.legitur, ſacerdotium, et Imperium dona eſſe Dei; a ſuprema collata clementia. Pro huius autem poteſtatis exacta doctrina notandum eſt, quòd aliud eſt poteſtas, aliud vſus poteſtatis. poteſtas omnis bona eſt, et a Deo eſt; uſus autem proueniens ex hominis voluntate; non ſemper bonus eſt: nec a Deo eſt, ſed a propria hominis voluntate, abutente poteſtate, vt docte annotauit D.Greg.lib.2.Moral. cap.6.et li. 18.cap.3.et conſonare videtur D. Tho. lib.3.de Regim.Princi.præcipue cap. 7.

Data

Data igitur dicitur poteſtas, reſpectū conceſsionis poteſtatis: permiſſa autē
17 reſpectu vſus voluntatis. † Princeps igitur in vniuersū nihil admittet, quod rationi obuiet, et æquitati, vt elegantiſſimus tex. in l. digna vox. C. de legib. et tradunt recentiores in repetit. l. 2. in 1.
18 par. num. 99. ff. de orig. iur. † Nam neque decipitur ratio, nec decipit vnquam, vt inquit Manlius lib. 2. Aſtro. cui cōſonat Bald. in conſi. 218. prope fin. lib. 3. hoc modo: Rationis nomine Iuſtitiam arbitror intelligi, quæ nō fallit, nec fallitur, l. vlt. C. de ponde. auri. Quibus addo Cæpol. in tract. de Interpræt. leg. extenſ. tit. Quæ fuerit cau. introduc. extens. nu. 96. inquit enim dictum Ang. in l. 1. C. ſi quis Imper. maledi. Quòd. ſ. inter habentes ſupremam poteſtatem ſolus Deus eſt iudex; uerum eſſe, quando nolunt de facto acquieſcere, et ſe ſubiicere rationi naturali; et ita intelligendum, ac menti tenendum. Cæpol. autem ſumpſit a Bald. in proœm. C. num. 31. vbi uidendum eſt. Alterum fundamentum eſt, quia exiſti-
19 mant, † quòd voluntas Principis, etiā ſine ratione conſiderata, ſit cauſa, et norma ferendarum legum, et abſoluti

ipſius

ipſius regiminis . moti potiſſimum per
tex.in l.1.ff.de conſtit.princip. §. Sed et
quod Principi Inſtit.de iur.natu. et ciu.
per tex.l.Princeps.ff.de legib.et l. digna
vox.C.de legib.Vnde Bal.in conſ.333. in
prin.lib.1.Princeps de plenitudine po-
teſtatis facere poteſt quod ei libet,iuxta
illud antiquum verbũ:Sibi licet l. Prin-
ceps.ff.de legib.l.digna vox. C. eo. idem
dixit iu l.relegati,et ibi glo. ff. de pœn.
et huc ſpectare videtur idem Bald. in
proœ.ff.prope fin.quando inquit: Quic-
quid fit,ex quo Imperator non reuocat,
ualet, ſaltem ex l.Auguſti.l.apud.§. 1. ff.
de manumiſſ.et in conſi.373.nu.1. lib.1.
cum apparatu dixit: Imperator noſter
quicquid ſibi placet,pro lege ſtatuit ha-
bendum;et ſic pro ratione voluntas.l.1.
20 ff.de conſtit.princ.† Vbi textus, cui ne-
ceſſariò ſtandum eſt, deſcripſit Regem,
ſeu Principem abſolutum;in cuius pote
ſtate ſunt omnia, ſecundum Ariſt.3.Po
lit. cap. 12. vbi regnum abſolutum uo-
cat illud,in quo unus aliquis ſtatuit de
omnibus rebus,ſuam uoluntatem ſecu-
tus: nec legem vllam habet, a qua non
poſſit diſſentire,ut etiam Petrus Victo
rius ibidẽ interpretatur. ſoli enim prin-
cipes

cipes cũ omnia videantur habere a ſubditis ſibi data;vnum præcipuum habẽt, nemini alij conceſſum, vt legibus ſoluti ſint, ut ait Dion lib.35.Cuicunque enim Reip. ſua ipſius gubernatio competit, veluti rebus vniuerſis ſua ipſarum conſeruatio; videlicet, ut ſe, vel optimatũ potentia,uel populari regat,aut regali. quare ſuapte ſpõte in Principem omne ſuum imperium,et poteſtatem trãſtulit l.quod Principi ff.de cõſt.Prin.ut inquit Sot.in lib.4.de Iuſt. & iur. q. 2. art. 1.et
21 repetit in 4.ſent.diſtin.25. q.2. art. 1.† Verùm enim verò Principis voluntas, ſummaq. poteſtas per d. l. 1. denotata, rationem nullo modo excludunt.voluntas namque Principis legis habet vigorem, ſi ſit ratione regulata, & fiát animo condendi legem;cuius forma traditur. l. humannm. C. de legib. vt inquit Ioan.Mona.in extranag.de dol.& contumac. in gl. mag. & Bal. in d. l. 1. notat, quòd hæc auctoritas:Quicquid Principi placuit,debet intelligi. ſ.poſsibile,& honeſtum, & repetit Ias.ibidem, ac Aret.in d.§.Sed & quod Principi,pulchre autem Andre.de Iſer.in tit.de capit.qui cur.vend.§.ſimiliter nu. 29. vbi inquit:

Quod Principi placuit, legis habet vigorem, ſi placeat ſicut bono viro, & bono Principi. idque late deducit. & conſonat Ioan. Igne in repet. §. non alias ex l. neceſſarios. num. 191. in 2. par. ff. ad Se natus conſ. Syllania. hoc modo. Et Iuriſconſulti dicere ſolent: Principis voluntatem ſic regulandam, & talem eſſe debere, quæ iuri, & rationi conformis ſit. l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & Aeneas Syluius in lib. de Ortu, & Auctorit. Imperii Rom. cap. vl. ita inquiés: Quæ cum ita ſint, cauere debes, ne ſine ratione aliquid agas; ne vel ad tuam vo luptatem, potins quàm ad ſubditorum vtilitatem, regas imperium; atque ſic ex Rege fias Tyrannus; cum quo nulla nobis ſocietas, nullumq. debet eſſe cõmertium, ſed potius ſumma diſtinctio. & hac ratione Princeps communis pater vocatur. in §. fin. in Auctẽn. Neque virũ quod ex dote collat. 8. quibus addo Pet. Gammar. in tract. de extẽſionib. num. 22. vbi ita loquitur: Octauo principaliter adducitur tex. in §. quod Principi Inſt. de iur. nat. vbi apparet, quòd ſola voluntas Principis attenditur in l. condenda; & vt dixit glo. in c. gratioſe

de

de reſcrip.In his quę ſunt iuris poſitiui, eſt pro ratione voluntas; pro quo facit. c.propoſuit de conceſſ. præben. tex. & glo. in l. 1. in verſ. Prætor ratus de poſtul.facit tex.& ibi not.Card.in Clem.1. in prin. de appell. Hæc tamen non obſtant;& ad primum reſpondetur, quòd licet legis potentia proueniat a voluntate mouente; tamen iſte motus debet eſſe cum ratione:nam voluntas debet à ratione, velut duce moderari, vt in procem. Decret. vnde Horat. Animum rege;qui niſi paret, imperat. Hunc frenis,hunc tu compeſce cathena. hæc ille.Quòd autem legislatoris motus a ratione proficiſcatur docet etiam Nicola.Card. de Cuſa.in lib. 1. de Ludo globi,& in lib. de Berillo cap. 36. inquit enim; Voluntas autem, quæ eſt ipſa ratio in primo intellectu, bene dicitur exemplar; ſicut voluntas in Principe, ratione fulcita, exemplar legis eſt: quod enim Principi placet, legis habet vigorem. Accedat quòd verba ſunt propriè intelligenda. l. 1. §. is, qui nauem. ff. de exer. act. l. 3. §. hæc
22 verba, vbi Bar.ff.de neg. geſt. † vnde licet voluntas dicatur, ſecundum quod
ali-

aliquid abſolute appetit, vt inquit D. Tho. in 2. ſent. diſt. 24. art. 2. ad Card. Hanibal. attamen verba iſta: Quod Prin-
23 cipi placuit, voluntatem, † quæ in ratione eſt, ſignificare potius dicendum eſt, quàm effrenatam cupiditatem, & libidinem, Ariſt. 3. de anima tex. 42. inquiens: In parte rationali voluntas fit: in irrationali concupiſcentia, & ira, & in cont. 50. addit. Cum autem ſecnndum rationem mouetur, & ſecundum voluntatem mouetur; & in 6. Topic. loc. 70. inquit: Omnis enim voluntas in parte animæ eſt, quæ rationis eſt compos; & de Arte Rhet. cap. Quarum rerum cauſa fiant omnia: Eſt autem voluntas, boni appetitio cum ratione, Cōſonat Bal. in rub. C. de pœn. Iud. qui ma. iud. & Menochi. de Arbitr. Iud. quæſt. 9. 7. num. 17. & docet ſubtiliſsime Socrates in lib. quem Plato Gorgias, vel de Rhetorica inſcripſit; & accurate Franc. Piccol. in Philoſ. de Morib. gradu. 2. cap. 44. ac etiā gra. 4. cap. 9. in fine, & gradu. 2. cap. 42. Ad hoc etiam conducit dictio, legis, in d. l. 1. poſita: lex enim iuſta eſt, can. erit autem diſti. 4. prout etiam ad rem noſtram arguit Fernan. Vaſq. in lib. 1.

Con-

Controuerſ,Illuſtr.cap.2.num.2. Et Recentiores inquiunt in repet. l. 2. in ver. Ratum.ff.de orig.iur.quòd ſuprema eſt Principis poteſtas,ſed infra limites Iuſtitiæ concluſa. Item quòd quanto immenſior eſt Principis poteſtas,tãto magis æquitatem exigit, & iuſtitiam; quã imprimis colere,& colendam aliis præſcribere debet;Quibus accedat D.Tho.
24 2.2.q.47.art.12. inquit enim: † Gubernare proprie rationis eſt; & ideo inquantum participat de regimine & gubernatione,in tantum conuenit ſibi habere rationem, & prudentiam, & in 1.
25 part.q.118.art.5. † Principari, eſt inter reliquos priorem exiſtere;quaſi primi ſint in executione eorum,quæ imperantur. Oportet autem, vt ipſa regula primum recta ſit;nihil habens obliquũ; quo deinde cætera ſibi admota exequet,vt inquit Plutarchus in lib. qui ad Principem ineruditum inſcribitur. Vnde Bal.in conſ.10.col.3.lib.4. Princeps, qui tenet ſupremam poteſtatem, ſeruare debet ſummam honeſtatem,& æquitatem,tanquam regula:nam ratio a capite edi debet. Confirmantur etiam prædicta, nam Ariſt.in d.cap.12.lib.3.

Polit. Regem abſolutum ſecundum rationem regentem, atque gubernantem deſcribit. et in cap. 5. Regnum, vnā ex tribus Reip. ſpeciebus, iuſtam, ac legitimam, eſſe dixit. & Regem abſolutum eſſe voluit, qui bonus ſit, cœteriſq. præſtet virtute, vt in §. 5: dictum eſt. et contrarium ipſi Tyranno eſſe oſtendit pluribus in locis Polit. præſertim verò in lib. 4. cap. 10. et lib. 5. cap. 10. Inſuper quia publica populorum vtilitas, quæ nomen, ac finem Principi impōnit, bonum ipſum voluntati attributum deſignat, vt ſupra late oſtendimus. Et re vera, ſi verba, Quod Principi placuit, ita nō intelligamus, fatedū eſt omnino, nō
26 Principem, ſed Tyrannū, ſignificare: † (Eſt enim obiectum Tyranni voluptas ſeu cupiditas effrenata: Regis autem quōd iuſtum eſt, vt in d. lib. 5. Polit, cap. 10. auctor eſt Ariſtoteles) quō nihil certe inſulſius excogitari, dicive poſſe videtur. diuinus enim Plato, vt refert Cic.
27 de Senect. † eſcam malorum voluptatem appellat. et 1. de Legib. Ab ea, inquit; quæ penitus in omni ſenſu implicita inſidet imitatrix boni voluptas: malorum autem omnium mater. Quid

plura

plura? cogeremur fateri,inde iniurias proficiſci,vnde iura naſcuntur,contra l.meminerint.C.un.ui.& l.1.Cod.de his qui ven. ætat. impet. c.qualiter,et quãdo de accuſa.Quòd autẽ uoluntas Principis abſque ratione accepta, iuxta illud:Hoc volo, ſic iubeo: ſit pro rõne volũtas; de quo habetur in gl.fi.l. filio pater.ff.de leg.1. Tyrãni,& nõ boni Principis uoluntas dicẽda ſit,oſtẽdit nobis Xenophon in Vita Cyri lib.1. quando Mandane,Cyri mater,ita loquitur;Atquì nõ eodẽ iure utitur auus tuus,quo Perſæ vtũtur:is.n.vniuerſarum rerum, quæ ſunt in Media,dominũ ſe cõſtituit; apud Perſas verò lege ſancitum eſt, ut æquo quiſque,& pari iure cum cæteris viuat: ac pater tuus, omnium primus, quæ ciuitati præſtat, ex decreto, inſtitutoque præſtat: atque ipſe etiam certa,& conſtituta accipit: reſque non ex ſua ipſius voluntate moderatur, ſed ex legibus. vide igitur,ne verberibus neceris,cum domi fueris, ſi redeas, loco regiæ tyrãnicam diſciplinam ab iſto edo-
28 ctus. † Et D.Greg.Nazian. in orat.1. in Iulianum Imperat.cum inquit: Quò circa cum potentia in perſuaſionem, et

coactionem diuiſa ſit; ita ſe comparauit, ut quòd inhumanius erat, nimirum vim, et tyrannidem, populari turbæ, ciuitatibuſque permitteret (vt quarum væſana audacia intollerabilior ſit propter temerarios animi motus, atq; præcipites ad omnia impetus) idque nequaquã publico edicto, verum ex eo, quòd impetum, audaciamque minime reprimebat; velut propoſita quadam lege, non ſcripta, id ſe velle promulgans. Quod autem lenius, atque humanius erat, magiſque Imperatorem decebat, id ſibi videlicet aſſumit; nempe ſuadendi, atque illiciendi partes: nec tamen id quidẽ vſquequaque retinuit &c. Et concinit D. Thom. in lib. 3. de Regim. Princ. cap. 7. cum inquit, quòd regimen tyranni, cum habet ſe ad inſtar Demonum, quorum poteſtas iuſta a ſacris doctoribus habetur; voluntas tamẽ ſemper
29 iniqua. † Vnde Antigonus Rex, dicenti, omnia Regibus licere: Per Iouem, inquit, Barbarorum Regibus: nobis autem quæ honeſta ſunt, ut refert Plutar-
30 chus in Apopht. † Quod quidem Alexander ille magnus declarauit, qui, vt auctor eſt idem Plutarchus, in orat. po-

ſter·

ſter. de virtute Alexādri, Iuſtitiæ ſe ſubditum, & ea inferiorem affirmauit. Et uetuſtisſimus omnium qui nobis ſuper ſunt hiſtoriæ Romanæ Polybius lib. 5.
31 inquit: † Quippe Tyranni opus eſt, malefaciendo ſuis cum terrore inuitis imperare: in mutuo ſemper odio cum ſubditis verſantis: Regis vero contra benefaciendo vniuerſis cum liberalitate, atque clementia ſponte ſubiectos gubernare: in mutua ſemper beneuolen-
32 tia, ac charitate viuentis. † Quid vltra? Ne Iuppiter quidem ſine Iuſtitia imperare potuit, ut veteres voluiſſe affirmat Plutarchus, ad rē noſtrā proprie accedendo, dum perquirit, num ne, iuxta Anaſarchi dictum ad Alexandrum; Principi liceat facere quòd vult ī opuſ. cui titulus, Ad Principem ineruditum. Tandē vnicuiq; ſufficere pōt Angelicus Doctor. in q. 23. artic. 7. de Volunt. Dei, vbi ita argumentatur; Præterea ſecundum hoc aliquid eſt iuſtū, quod legi concordat, ſed lex non uidetur aliud, quàm explicatio uoluntatis Principis: quia quod Principi placet, vt inquit legiſlator, legis habet vigorem. Cum igitur Princeps rerum omnium ſit diuina uo-

luntas; videtur quòd ex ipſa ſola depen
deat omnis ratio Iuſtitiæ.cui arguméto
ita reſpondet; Ad ſecundum dicendum,
33 quòd licet voluntas Principis habeat
uim legis in cogendo: non tamen habet
rationem Iuſtitiæ,niſi ex hoc, quòd ratione
utitur,et repetit.1.2.q.90.artic,1.
hoc modo:Ergo lex non pertinet ad rationem,
ſed magis ad uoluntatem, ſecũdum
quòd etiã Iuriſperitus dicit:Quod
Principi placet, habet legis uigorem:
Reſpondet autem :Dicendum,quod ratio
habet uim mouendi a voluntate, ut
ſupra dictum eſt; ex hoc enim, quòd aliquis
vult finem, ratio imperat de his,
quæ ſunt ad finem: ſed ut uolũtas de his,
quæ imperantur legis rationem habeat,
oportet quòd ſit aliqua ratione regulata,&
hoc modo intelligitur, quòd uolũtas
Principis vigorem legis habet; alioquin
voluntas Principis magis eſſet iniquitas,
quàm lex. verba ſunt Angelici
Doctoris, pulchra quidem, et notanda.
34† Et quòd lex eſſentialiter ſit in ratione,et
non in voluntate, oſtendit latisſime
Medina in.1.2.q.90.art.1. Et concinit
D.Bernardus de Conſiderat. ad Eugenium
lib.3. At quomodo, inquit, non
in

indecens tibi voluntate pro lege uti: & quia non eſt ad quem appelleris, poteſtatem exercere, negligere rationem? Tunc maior Domnio tuo, qui ait Ioan. 16. Non ueni facere uoluntatem meam, quamquam nō minus deiecti, quàm elati animi eſt, uelut rationis expertem, nō pro ratione; ſed pro libitu agere; nec iudicio agi, ſed appetitu. quid tam beſtiale? Et Ariſtoteles obſeruabilis in 5. Ethicor. cap. 6. vbi ita loquitur: Idcirco non hominem imperare ſinimus, ſed rationem; quòd hæc ſibi ille ſumit (nēpe plus eorū, quæ bona ſunt) & quæ mala minus: Eſt autem cuſtos, conſeruatorque iuris Princeps: quòd ſi iuris, & æquabilitatis &c. Quam quidem rationem,
35 († quæ animi motus eſt, uiſum mentis acuens; ueraque a falſis diſtinguens, ut inquit D. Auguſtinus in lib. de ſpiritu, & anima) † legem ab ipſa Dei bonitate procedentem, & quendam Deum,
36 nobis domeſticum, vocat Hieroclis philoſophus in Pithago. uerſu. aur. 11.
37 † Et magnum Deum Agatho apud Stobeum ſerm. de Prudentia. † Et Cic.
38 cæleſtem diſcretionem, mentemque diuinam, & præpotentem Deum rationē
 dicit:

dicit; quem refert Budæus videndus in Pandect.in 2.annot.l.1.ff.de Iuſt. et iur. Et de Natura Deorum: Ratio eſt, inquit, quæ præſtat omnibus. Item in Tuſcul. Domina omnium, & regina Ratio. Et magiſtra rerum omnium Ratio, inquit Seneca Epiſt.71. Et arbitra bonorum, & malorum Epiſt.67.ubi addit: Bonum ſine ratione nullum eſt. Sequitur autem ratio naturam: quid ergo eſt ratio? naturæ imitatio. quid eſt ſummum hominis bonum? ex naturæ voluntate
39 ſe gerere. † Ac Deum ſequi, et rationi parere, idem eſſe tradit Plutarchus
40 in Opuſ.de Auditione. † Nec mirum certe; eſt enim Ratio ſpiramen diuini numinis, ut inquit Sot.de Iuſt.et iur. li. 1.q.1.art.3.Et Seneca in d.Epiſt.67. Ratio autem nihil aliud eſt, quàm in corpus humanum pars diuini ſpiritus merſa.
41 ſa. † Et prima in nobis lex eſt, ut perhibet D.Greg.Nazianze. de Theolog. lib.3. ubi etiam deiforme. ac diuinum
42 illam nuncupat. † Et legem Dei Fortu.Garzi.in l.Gallus.§.et quid ſi tantũ.
43 num num.309.ff.de lib.& poſthu. † Et Deus a ſacris eloquiis nominatur, ut inquit D.Dionyſ.de Diui.nomi. cap.7. Et

Ratio

Ratio,ideſt Deus,Senec.Epiſt.66. & habetur docte quidem in lib. Epiſtolarum D. Augu.epiſt.2.Inde D.Thom. lib. 1. de Regim.Princip.cap. 12. Sic quodamodo ſe habet ratio in homine,ſicut Deus in Mundo. Et Plutarchus in Opuſc. de A-
44 more prolis affirmat, † quòd Principatus penes rationem eſt,prout D. Dionyſ.in epiſt. 4.ubi tradit, quòd Rationi diuinitus Principatus traditus fuerit. Et Rationem Principatibus proprie cõuenire dicit D.Auguſtin. in lib. de ſpiritu,& anima. Et Principem eſſe,dixit pulchre quidem Plutarchus in opuſcul. in Principe requiri doctrinam hoc modo: Difficile eſt his, qui gerunt imperium, dē Imperio conſulere: reformidāt enim rationem,ceu Principem admittere; ne potentiæ bonum; quòd habere videtur, impediat,ſi adſtringat, & ſeruire cogat
45 honeſto. † (Cum tamen rationi ſeruire ſumma libertas ſit, vt inquit Bald.in conſil. ſub titu. C. ſi quis aliq. teſta. prohi.col.5.)Egregie autem Ariſtot. 1. Polit. cap. 3.Ratio, inquit, Architecti, ſiue eius, qui regit, & imperat, nomen obtinet.Et in lib 10.Ethic.cap.9. Rationem uitæ ducem appellat. Vnde in Mar

garita

garita Doctorum habetur.par.1.diſtin-ctio.3.cap.7.Princeps non debet dominari,ſed ratio, Et Gerſon in tractā. de Conſiderationibus, quas debet habere Princeps,partic.2.lib.1, Quis Rex ſub Deo ſtatutus eſt? vtiq; ratio libera; de qua dictum eſt ab vno ſapientum, Si vis omnia tibi ſubijcere,ſubijce te rationi, tanquam Regi.Bald. etiam in l. Emilius col.fin.ff.de minor. Magnus eſt Cæſar, ſed maior ratio,& veritas. Et Afflict. in cap.Feudum.num.47.ſi de feud.fuer.cōtrouerſ. inter domi. & agna. inquit ex mente D.Thom.22.q.47.articu. 7. quòd Princeps non habet in ſuperiorem, niſi
46 Deum, et naturalem rationem. † Et quòd ratio naturalis, & prudentia regulant actus humanos. id quod voluit Bald. in l. 3. col. 3.C.de loca. & condu. Vnde Guid.Pap. in conſil. 195.nume.6. Princeps ex rectitudine rōnali procedere debet.Et Car.de Cuſa in li.x.Excitat.
47 † Bonum regimen, quod Remp. conſeruat,non habet aliunde ſuam bonita-
48 tem, niſi a ratione. † Arridet autem prædictis,quòd omnes animæ potentiæ
49 ad Rationem reducuntur. † Sicut etiā omne regimen, omniſque adminiſtra-
tio

tio ad Deum,vt Philoſophi prohibent.
50 † Quæ quidem ratio vti Princeps ſu-
per hominũ quiete,& ſalute a Deo Opt.
Max. ordinata eſt; nullaque alia in re,
quàm in hominum, rerumque ſuarum
51 conſeruatione verſatur. † Idcirco qui
cum illa altercari contendit,iuriſdictio
nes,& res aliorum occupando;certe ni-
hil aliud facit, quàm ſe naturæ oppone-
re,& bellum cum ipſo Deo ſuſcipere,vt
recte quidem,tam eleganter, quàm ve-
re dixit Ioan. Caſen. in Orat. ad Carol.
V.pro reſtitut. Placentiæ.Deus namque
omnium conditor nihil nõ ratione pro-
uidit,diſpoſuit, et ordinauit: nihil non
ratione tractari, intelligique voluit, vt
ſcribit Tertullianus Tom.2.lib.de pœn.
Omnibuſque animalibus arma natura-
lia Deus conceſſit; Canibus, Lupis,
Apris dentes: Equis calces: Tauris,
Arietibus cornua: et alia alijs: homini
autem nulla natura niſi rationẽ dedit;
qua ſe defendat,et repellat iniurias, ut
inquit Xenophon in Vita Cyri lib. 2.
Concinit autem prædictis Polybius in
lib. 6. Hiſtoriarum, in princip. inqui-
ens: Hoc ſane pacto ex Monarca (Tyrã
num intelligit) ſenſim fit Rex; quando

Ratio principatum ſortitur; quem antea poſſederant ferocia,'& potentia.ibique late docet,quomodo Ratio, & non aliud,Regem,& Principem,qui iuſte imperet,conſtituit: vis autem,& potentia Tyrannum facit. Item conſonat celebris illa ſententia can.Chorepiſcopi di-
52 ſtin. 68. † Quod ratione caret.extirpare neceſſe eſt. Et Magiſter Sent.lib. 1.di-
53 ſtin.43. inquiens, † quòd Deus ipſe non poteſt facere ea, quæ non ſunt rationabilia.Et glo.in Auẛten.de Mona.in prin.
54 † Homo,qui non vtitur ratione,non eſt homo, ſed beſtia: ſicut enim anima in herbis,plantis,& animalibus eſt vita;eò quòd tanqnam forma intus alit (anima enim forma corporis eſt:& quamdiu eã homo habet viuit) ita rationalitas animalitatem quodamodo viuificat, intuſq. alit;ex quibus homo conſtat metaphiſice; quemadmodum ex anima, & corpore phiſice, vt ſcite inquit Ludouicus Garbalius de reſtituta Theologis
55 cap. 46. † Huiuſmodi autem rationis principatus intelligendus eſt, quemadmodum declarat D. Greg. Nazian. in epiſt. 1. ad Cleodonium, ita inquiens: Quocirca mens noſtra perfecta quidem

eſt, & princeps; non autem ſimpliciter perfecta, Dei autem ſerua eſt, & ſubdita: non principatus ſocia, atque honoris æqualis. quippe & Moſes, Pharaonis Deus, ita Dei famulus deſcribitur: & ſtellæ quẽadmodum noctem illuſtrant; ita viciſsim à ſole obſcurantur; nec interdiu vllo modo apparent: & ſplendor exiguus, magno incendio adiunctus, nec extinguitur, nec lucet, nec diſiungitur: ſed totum illud incendium eſt; ſuperante nimirum eò, quòd uberius eſt. Cui cõcinit Agapetus ad Iuſtinianum Imperat. Monitor. 68. in hæc verba; Imperator; vt eſt omnium dominus, ita cum omnibus ſeruus Dei exiſtit. tunc igitur vocabitur dominus, cum ipſe ſibi dominari, nec illicitis voluptatibus famulari patietur. tum adiutricem piam rationem aſſumens, inuictam, &; imperatricem animi perturbationum, rationiſq; expertium, indomitas cupiditates, armatura caſtimoniæ debellabit. Et libet hic recenſere, quòd tex. in d. l. digna vox, C. de legib. quem Doctores ſæpe adducere ſolent vnà cum l. Princeps, & l. 1. ff. de conſtit. princ. ad probandum, Principis poteſtatẽ late patere: & ab eius volunta-

te arbitrioq. pendere, non hoc ipſum, pro quo adducitur, nobis ſuadere videtur: quinimo contrarium potius oſtendit, ex ijs præſertim, quæ de illius intellectu diximus in §. 3. nu. 7. cum pluribus
56 ſeq. † Et quamuis Vlpianus in d. l. 1. abſolutam Principis poteſtatem nobis ob oculos ponat; ſi dictum cum ratione coniungamus, ac totum verborum contextum perpendamus, & vt inquit D. Greg. Niſſen. in lib. de Beatitud. cap. 5. liberam Principis voluntatem, hoc eſt, merum imperium, ſummamq. ac plenã; nulliuſque alterius arbitrio, atque dominio obnoxiam poteſtatem. Et Bal. in c. 1. num. 31. de conſtit. Puto quòd ſi Papa diceret: De plenitudine arbitrij, vel de plenitudine voluntatis; idem operaretur, quod ſi diceret: De plenitudine poteſtatis. Dixerit Budæus de placitis Philoſophorum quod ſibi lubet in l. vlt. prope. fin. ff. de Senat. & poſt eum Connan. in Comment. Iur. ciu. lib. 1. cap. 16. col. 6. ac etiam Franc. Hotoma. in §. ſed & quod Principi Inſt. de iur. nat. Et quicquid de intellectu d. l. 1. tradiderit Sotus de Iuſt. & iur. lib. 1. q. 1. art. 1. Hæc tamen libera Principis voluntas ſummaq. poteſtas

teſtas licet vim legis habeat in cogen-
57 do(† coactionem namq. ſimplicem Ty-
ranno proprie conuenire diximus) non
tamen rationem Iuſtitiæ habet, niſi fue-
rit ratione regulata, vt ex D. Tho. & a-
lijs dictũ eſt ſupra n. 36. Importat enim
poteſtatem ſupra ius humanum, ſiue po
ſitiuum; quod quidem Princeps ad libi-
tum, & pro ſua libera voluntate tollere,
ac mutare, & in eo diſpenſare poteſt; li-
cet ſi abſque iuſta, & legitima cauſa
hoc faciat, peccet quo ad Deum, vt in
58 §. ſeq. demonſtrabimus: † Quòd autem
dictum Bal. in conſ. 373. num. 1, lib. 1. Im
perator. ſ. noſter, quicquid ſibi placet,
pro lege ſtatuit habendum; & ſic pro ra
tione uoluntas; non fuerit expromptum
ex d. l. 1. ſeu ex l. Princeps, uel ex l. digna
uox, neque ex ullo alio iuris contextu,
ſed ab infami, indecentiq. muliere ori-
ginem ſumpſerit datur nobis intelligi
ex traditis per eundem Bal. in c. 1. nu.
30, de conſtit. vbi ita inquit: Videtur
quòd plenitudini poteſtatis nihil reſi-
ſtit: nam omnem legem poſitiuam ſupe-
rat: & ſufficit in Principe pro ratione
voluntas. l. 1. ff. de conſtit. Princ. nam au-
ctoritas ueterum, & Mundi neceſſitas

incon-

inconueniens induxerunt. unde dixit Imperatori quædam mulier; cuius amplexus Imperator dicebat illicitos; Domine ſi libet, licet. ſunt uerba Baldi, qui ab abſurdo, & inconuenienti argumentatur; & in conſ. 148. num. 4. lib. 1. inſeruiendo cauſæ, ſic inquit: Voluntas Principum ſeruatur pro lege de conſuetudine generali, facit. l. 1. ff. de conſtit.
59 Princ. † Abſurdum autem ab omni quidem diſpoſitione reijciendum eſſe, perſpicuum eſt l. 1. §. quæritur. ff. de publica. Neque tex. in d. l. 1. uoluntatem ſine ratione ſignificat, ut late probauimus. Quòd autem auctoritas ueterum incōueniens iſtud induxerit, longe diſtat à uero: nam ueterum auctoritate probatur, quòd Principis uoluntas ratione regulanda eſt, quòdq; ratio ipſa Princeps eſt, ut late demonſtrauimus. Nec minus uerum eſt, quòd Mundi neceſſitas hoc inconueniens induxerit: nam quod ait Pōponius in l. 2. §. nouiſsime. ff. de orig. iur. Per partes euenit, ut eſſet neceſſe Reip. per unum conſuli; intelligendum eſt per unum. ſ. qui iuſtus ſit Princeps: non Mundi Tyrannus; quiq. ratione regit, atque gubernat, ut diximus, & dicetur

tur infra;ac demonſtrauimus per d. uerbum,Conſuli,quod bonum quidem,vtilitatemque Reipub.& non aliud ſignificat. Quod ſi in hac neceſsitate inſiſtat quis.& dicat eam de iuregentium introductam fuiſſe,iuxta notata per glo. in l. pen.ff.de leg.aduertat quæſo , quia iſte infringit ſeipſum.§ ius autẽ ciuile uerſ. quod uerò naturalis ratio Inſtit.de Iur. nat. non enim Ratio inconueniens aliquod inducere;ſed bene tollere poteſt. deinde quia eorum conuentio nullam obligationem inducere potuiſſet,l.generaliter,& l.ſi plagii;ff.de uerb.ob. neque nos,eorũ ſucceſſores,turpitudinem illorũ aſſerere potuiſſemus,ex late traditis per Craue. in conſi.125.n. 6. Verùm, eſt aũt quòd ueterum ſuaſio, potius quàm auctoritas illa fuit; quam Regii Perſarum Iudices fecerunt ;qui Cambyſi ſororem ducere cupienti , reſponderunt, male certe,& iniuſte;legem quidem nullam eſſe,quæ tale matrimonium permitteret:Sed eſſe aliam legem , qua Perſarum Regi,quicquid collibuiſſet , facere liceret. Et male Anaxarchus , qui Alexandrum,Clito iuterfecto,ſolari volẽs ; dixit, eo Themin , & Dicen Ioui aſſiſte

re,ut intelligeremus,omnia Regum, & facta,& conſilia pro iuſtis habenda eſſe: Scelerate etiam Iulia(mulier.ſ.illa adducta per Bal.)quæ priuigno Carcallo dicenti: Vellem,ſi liceret;reſpondit ; Si libet,licet. an neſcis,te Imperatorem eſſe,et legem dare , et non accipere ? Et male ſuperba illa,et importuna mulier, adducta etiam a Baldo; quæ odioſum Imperat occidi ſeruum; uel innocẽtem his verbis;apud Iuuenal. lib. 6. Satir.

Pone crucem ſeruo.meruit quo crimine ſeruus.
Supplicium?quis teſtis adeſt?quis detulit? audi:
Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa eſt .
O demens,ita ſeruus homo eſt;nil fecerit, eſto.
Hoc uolo ,ſic iubeo:ſit pro ratione voluntas.

Hæ ſunt vere uoces,quas Principum aſſentatores, & impudicæ , ac ſuperbæ, & importunæ mulieres pro Iniuſtitia, non pro Veritate;non leges, neque Ra-
60 tio,foras miſerunt. † Et Concinit Me
dina in 1.2.D.Thom.q.17.art.1. in reſp. ad quartum;inquit enim:Si voluntas eſt Regina ; Intellectus eſt Rex, et Imperator ; cuius officium eſt regere volunta-

tem,

tem, et illi agendorum modum præſcribere; ſine cuius ductu ambo in foueam cadunt. Hæc doctrina inuenitur apud omnes ſanctos, apud omnes recte ſentiẽtes; niſi apud perditiſſimos homines, apud quos valet illud: Sic volo, ſic iubeo: ſit pro ratione voluntas. hæc ille. Prædictis autem omnibus, & alijs hanc clariſſimam lucem, et veritatem amantibus accedant ea, quæ pulcherrime quidem ſcribit Cardinalis Contarenus de Poteſtate Pontificis ſuper compoſit. inquit enim: Hæc poſitio, adeo eſt falſa, adeo repugnat ſenſui communi, adeo eſt contraria doctrinæ chriſtianæ, adeo deprauat vniuerſi chriſtiani populi gubernationem, vt nihil pernitioſius inueniri potuerit. nam per Deum immortalem non ne hæc poſitio idolatriam ſa-
61 pit † Cui namque creaturæ hoc attribui poteſt, quòd actionum ſuarum voluntas eius ſit regula? an non hoc proprium eſt ſolius Dei, primi omniũ principij; a quo pendet vniuerſa omnium na-
62 tura. † Iſti vero (loquitur enim de Iuriſperitis) ob imperitiam huius poteſtatis, qualis nam ſit, et ad quam animi uirium pertinet, & vt adulentur Pontifi-

 cibus;

cibus;adeo abſurdã poſitionem non veriti ſunt in publicum prodere. hæc ille. licet Contarenus, vir alioquin doctisſimus,radices ſcientiæ legalis ignorauerit:non enim Iuriſperiti dicunt,quòd voluntas Principis ſit regula ſuarũ actionum: ſed plures inquiunt, quod cũ Princeps ſit ſupra ius poſitiuum, & ſuperiorem nõ habeat,qui eum cogere posſit; ſit ei pro ratione voluntas, in his. ſ. quæ iuris poſitiui ſunt; & quòd ſi diſpenſationes,puta,elargiatur,vel aliud faciat abſque iuſta,& legitima cauſa,actus ex eo ſecutus valet, & tenet; licet male faciat, & peccet quo ad Deum;& Principis nomine,vt Doctores inquiunt,indignus ſit.Et nos dicemus in. §. ſeq. vbi in
63 ſpecie.num.27. † Non enim voluntas Principis habet rationem primæ regulæ:dirigitur enim per rationem,& intellectum;non ſolùm in nobis, ſed in Deo. quamuis in nobis aliud ſit intellectus, & voluntas ſecundum rem, & propter hoc nec idem eſt voluntas, & rectitudo voluntatis; in Deo autem idem ſecundum rem intellectus,& voluntas. & propter iſtud idem eſt rectitudo volũtatis, & ipſa voluntas,vt docet D.Thom.in q.
de

de Volunt.Dei art.6.Inde Fortuni. Garzi.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.n. 308. Nec Deus aliquid vult,quod ſumma ratione non conſtet, vt in ca. glorioſus in prin.de reliq.et vener.ſanct.in 6.Igitur, infert ipſe,quodcumque Imperator contra rationem fecerit, non volũate Dei, nec poteſtate ſibi tradita facit. cui concinit Craue.videndus in conſil. 296.ſub num.3.verſi. & pro fundamento conſi-
64 dero. † Concludendum eſt igitur,quòd Princeps eſt animal rationale;aqua rationis lege nulla lex eum abſoluere, vel eximere poteſt, vt dixit Bald.in l.2. nu. 40.C.de ſeruit.& aqua,& elegãter Fort. Garzi.in d.§.quid ſi tantum.num.295.& 308.Sed neque defuerunt qui nudam,rectam, uenuſtam Reginam omnium Rationem,omni ornatu orationis, vel potius fictionis, tanquam veſte detracta, ueritatem ſuis coloribus depingentem; coloribus nõ ſuis, Regni.ſ.ſeu Dominij, vel STATVS CAVSA. vt vulgo dicunt,fingere,atque ſimulare conentur; hoc prætexentes nomine cupiditatem. inquiunt enim STATVS CAVSA hoc fieri poſſe,ac illud fieri debere; eſto quòd forte aliud de iure dicendum eſſe

I 3 videretur.

65 videretur.† cũ tamẽ Ius,& Iuſtitia red dat vnicuiq; quod ſuũ eſt, vt late docet Ariſt.in 5.Ethic.& habetur in l.1.& in.l. pen.ff.de Iuſti. & iur. & Inſtit.eod.tit.in prin. Et omne illud quod iuris non eſt, iniuriæ adſcribãdum eſt,nempe verberationibus,adulteriis,furtis,& his ſimilia, vt Ariſtoteles in eodem loco oſtendit. Et Sententia fuit Platonis in Gor-
66 gia;† Maximum omnium malorum eſſe,inferre iniuriam,.conditionique hominũ maxime aduerſari: hominẽ enim iuuans reddit ſe ſimilem Deo: iniuriam faciens, ſe a Deo longe ſeiungit. Quapropter dubitandum non eſt,quin ſicuti ad iniuriam propulsãdam natura nos inuitat; ita multo magis prohibet, ne vim aut iniuriam inferamus, aut quacumque ratione alterum lædamus.Nam ſi vel omnia alia vincula deeſſent,re clamaret tamen omnium hominum inter ſe coniunctio. Vnde Florentinus in l.ut uim.ff.de Iuſt,& iur.in 2.reſponſo:Et cũ inter nos,inquit, cognationẽ quãdã natura conſtituit,conſequens eſt,hominẽ homini inſidiari, nefas eſſe.uerbũ, inſidiari,late accipit,eoque omnia iniuriarum genera complecti uoluit; ſiue gra-

tia exempli, alterius uxore uiolanda, ſiue bonis ſubtrahendis, ſiue quacumque ratione inferatur. Et ita Regina, ac omnium domina contra naturam ab his ſerua efficitur (Magna certe abuſio, et nimis magna, iuxta D. Bernardi ſententiam, Dominam ancillari; & Ancillam dominari) ſerua nimirum STATVS: in cuius dominio hoc modo conſtituitur. l. 3. §. in loco. ff. de relig. et ſumpt. fune. Alex. in conſi. 35. num. 14. lib. 4. cum potius tamen Regnum, ac Dominium, ſeu STATVS RATIONIS uere, ac proprie dicendum vtique foret. quæ nihilominus, uelint, nolint, vere domi-
67 na ſemper erit: † & ſine qua vox iſta; CAVSA STATVS, recte reſonare nunquam poterit; coaleſcat Principis abſoluta, omniſque humana poteſtas. Pro hac autem veritate ſtat compoſitus Orator Caſenſis ubi ſupra videdus. Et huc uerius, ac magis ad rem accedant quæ de clauſula, De plenitudine poteſtatis ſcripſit Rebuffus, adductus in §. 6. num. 3. Cauendum, eſt igitur, ne ſub ratione Regni, ſeu Cauſæ ſtatus perniosſe erretur in uia conſcientiæ, prout in ſimili inquit Bald. in Auθen. ad

hæc.num.13.in fin.C.de uſur.per l.ſi ſeruum.§. ſequitur.ff.de verb. ob. Quoniã iudicium duriſſimum in his,qui preſunt fiet, & potentes potenter tormenta patientur, *Sap. 6.* Proinde uerò decipitur Torquatus Taſſus,dum in ſuo Oratore inuehitur contra Iureconſultos, & alibi ſæpe inculcat,quòd Philoſophi naturalem iuſtitiam(ex qua nec etiam bene infert) non autem legitimam conſiderauerint. Ariſt. namque in 3. Rhet. cap. 13. ius non ſecus conſiderat, ac faciat Iureconſultus in l. omnes populi. ff. de Iuſt.& iur.& in 5. Ethic.præſertim c. 7. ac etiam cap. 10.Iuſtitiam naturalẽ a iure legitimo, ſeu ciuili diſtinguit, quod quidẽ paſſim Iureconſulti tradunt;maxime verò in tit.ff. de Iuſt. & iur. quorũ meminit Cic. 3. Offic. cũ inquit pulchre quidem cõtra Torquatũ:Itaq; maiores aliud ius gentium, aliud ius ciuile eſſe voluerunt, quod enim ciuile, non idem continuò ius gentium; quod autem gentium,idem ciuile eſſe debet. Sed nos veri Iuris,germanæq. Iuſtitiæ ſolidam, & expreſſam effigiem nullam tenemus;vmbra. & imaginibus vtimur, eaſq. ipſas vtinam ſequeremur: feruntur enim ex

optimis

optimis Naturæ principijs, & veritatis
exemplis. ibique ad mentem Iuriſcon-
68 ſultorum late declarat. †Hactenus mul
ta videor in medium attuliſſe, quæ con-
ueniunt iuſtæ & legitimæ voluntati, ac
poteſtati Principis; quæ omnis in ratio-
ne poſita eſt; Atqui emunctę naris homo
obijciet: Quì fieri poteſt, vt abſoluta po
teſtas Principis, qui ex libera voluntate
imperet, in ratione ſit: inquit enim Ari-
69 ſtot. in 3. Polit. cap. 11. † Qui ergo le-
gem præeſſe vult, is velle videtur Deũ,
ac leges imperare: qui autem vult homi
nem, is etiam belluam adiungit: cũ præ-
ſertim tale quid ſit cupiditas, & iracun-
dia: & magiſtratus, & optimus quiſque
à recta via detorqueat. Loquitur enim
Ariſt. de Regno abſoluto. & in 5. Ethic.
cap. 6. Idcirco non hominem imperare
ſinimus, ſed rationem; quòd ſibi ille
plus eorum, quæ bona ſunt, & quæ mala
ſunt, minus ſumit: ſitq. Tyrannus. & in
5. Polit. c. 8. Quæ certe omnia melius eſ-
ſet, lege fieri, quàm hominũ volũtate. nõ
70 enim volũtas eſt tuta norma. † Animad-
uertendũ eſt enim, quòd Ariſt. regnũ ab-
ſolutum tunc approbat, cum vnus cæte
ris uirtute præſtet: ſitq. tam præſtanti
uirtu-

uirtute, ut reliquorum omnium uirtus, & ratio ciuilis cum illius uirtute, & ratione non ſit comparanda. alioquin regnum abſolutum non admittit, ſed minus iuſtum, ac inutile eſſe cenſuit, prout re uera ſtatuit in 3. Polit. cap. 12. poſtquam ſuperius promiſerat, ſe declaraturum, quando rectum, & utile ciuitati ſit, unum gubernacula Reip. tractare. & animaduertit Bartholom. Caualcan. in tract, 1. de Rebuſp. Ariſtoteli autem conſonare uidetur Didac. Couar. in lib. 1. Pract. quæſt. cap. 1. num. 5. & illum etiam ſequi uidetur Sot. in lib. 2. de Iuſt. & iur. q. 6. art. 2. Polydorus de Inuent. rerum lib. 2. cap. 2. & clare Franc. Patritius in lib. 1. de Inſtit. Reip. nec ignorauit Bar, in tract. de Tyrannia nu. 45. ubi de unius Principatu uerba facit ubique, ſi recte inſpiciatur. Quibus concinit Iuſtinus lib. 1. quando inquit: Principio rerũ gentium, nationumq. imperium penes Reges erat; quos ad faſtigium huius maieſtatis non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat. Et Cic. lib. 2. offic. Eadem conſtituendarum legum cauſa fuit, quæ Regum, ius enim ſemper quæſitũ eſt æquabile: nec

enim aliter eſſet ius. id ſi ab vno iuſto, & bono viro cõſequebantur, eo erant contenti; cum id minus contingeret, leges inuenere; quæ cum omnibus ſemper vna, eademq. voce loquerentur. Et Bal. in Conſ. ſub tit. C. ſi quis aliq. teſta. prohi. col. 9. Iuregentium Reges orti ſunt ex ſolo conſenſu eligentium, omni ſolennitate circumſcripta; cũ prius fuerint Reges, quàm leges; quando regnabant in puritate prima: & ſola Natura hominibus ſanciebat. l. ex hoc iure. ff. de Iuſt. & iur. l. 2. in prin. ff. de orig. iur. & in Auten. quib. mod. nat. effic. ſui. §. 1. col. 6. & 7. Neque me latet, quòd Bellarminus noſter in lib. de Roma. Pont. cap. 2. controuerſ. 3. tom. 1. multas rationes, & auctoritates docte admodum, & eleganter nouiſsime adducit ad probandum, quòd Monarchia ſimplex, ſiue Regnum ſimplici Ariſtocratiæ, & Democratiæ præſtat,
71 & † cap. 4. quòd circumſtantijs ſecluſis, Monarchia ſimplex abſolute, & ſimpliciter excellat. id quod voluit Bal. in Auten. hoc amplius col. 2. verſ. itẽ quia. C. de fideicommiſſ. Felin. late in c. quæ in Eccleſiarum. n. 126. de conſtit. & Nauar. in c. nouit. n. 15. & 168. de iudic. adducit

ducit autē Bellarminus tex. clarum inter cætera in lib. 8. Ethic. cap. 10. vbi Ariſtoteles luculenter inquit: Harum autē omnium optima eſt Regia (loquitur enim de tribus Reip. generibus) deterrima Democratia; cui addiderim ego aliū tex. in 4. Polit. cap. 2. vbi Ariſt. hoc ipſum repetit hoc modo: Primæ enim (verba facit de poteſtate Regia) mutatio de-
72 terrima ſit, neceſſe eſt. † Qui tamen textus iudicio meo intelligendi ſunt ſecundum ea, quæ idem Ariſtoteles firmauerat ex profeſſo in præcede. cap. 12. lib. 3. Polit. quando ſcilicet vnus cæteris virtute præſtet, & antecellat: reliquorumque omnium virtus non ſit cum vnius illius virtute, & bonitate comparanda: nam iuxta Marc. Aurelij Imp. ſenten-
73 tiam: † Princeps, qui omnibus dominatur, omnibus etiam virtutibus præditus eſſe debet; quam ſumpſit ab Ariſt. 1. Polit. cap. 8. quando inquit: Itaque eum oportet, qui præſit, perfectis, atque abſolutis virtutibus; quæ more gignuntur,
74 eſſe præditum, & ornatum. † Vnde Cyrus dixit, vt refert Plutarchus in Apophtheg. Magiſtratu dignum non eſſe quemquam, qui non ſit melior ſubditis,

& eſt

& eſt celebre Macronis conſilium, impijſsimo Caio datum: Tantum debes in ratione viuendi excellere, quanto eminentiorem te fortuna conſtituit. Et certe hanc mentem fuiſſe Ariſtoteli, demõſtrari videtur ex ijs, quæ immediate addit, tum in d. cap. 10. cum inquit: Quòd cum Rex ſit, qui ſe ipſe eſt contentus, quique copijs, adiumentiſq. omnibus excellit: qui autem eiuſmodi ſit; is cum nullo egebit, tum rationem nullam ducet commodorum ſuorum, ſed eorum, qui ipſius in imperio erunt: nam qui ſe eum non præſtat, eum, ſorte delectum, quendam potius, quàm Regem, licet dicere, Tum etiam in d. cap. 2. inquit enim Regalis autem poteſtatis aut ſolum nomen manet, cum res nulla ſit; aut propter magnam præſtantiam extat eius poteſtas; qui vt Rex imperat. Et in 3. Polit. cap. 14. vbi ſic inquit: Si igitur fuiſſent tantum diſcrepantes alij ab alijs, quantum deos, & heroas arbitramur diſcrepare ab hominibus, ſtatim primum corpore multam exuberantiam habentes, deinde animo, vt certa foret, atque aperta præſtantia eorum, qui imperant in eos, qui parent; perſpicuum eſt, melius

lius futurum,vt ſemper ijdem; hi quidē imperēt:hi autem ſemper pareant. quia autem hoc non facile eſt obtinere: neque licet,vt ait Scylax, apud Indos, Reges tantum antecellere ijs, qui parent; manifeſtum eſt multis de cauſis neceſſe eſſe,vt cuncti ſimiliter communicent viciſsim imperio, atque obſequio. Id quod voluit Plato in lib.de Regno,cum inquit: Quoniam ſi talis quidam, qualē figurauimus, nobis occurreret; amaretur profecto eius adminiſtratio, quæ ſola omnium rectiſsima eſt,conducitq. ad bene, beateque viuendum. nunc autem poſtquam non naſcitur in ciuitatibus, &c. iuxta illud quod de Saule 1. Reg.legitur: Videtis,inquit,quem elegit Dominus, quòd non ſit ſimilis ei in omni populo. Et ita etiam intelligere videtur Bellarminus in 2.controuerſ.de Chriſto capite lib. 1. cap. 3. demonſtrat. 7. tom.
75 1. † Abhorruit enim Monarchias Ariſt. vt perſpicuum eſſe videtur,ex ijs,quæ ipſe in 3.Polit.c. 11. ſcribit; vbi de vnius, deq.optimorum imperio diſſerendo,ita inquit: Quòd ſi in multorum imperio, ſed qui viri boni omnes ſint,optimorum poteſtas intelligi debet: & in vnius re-

gia

gia poteſtas; certe in ciuitatibus magis optanda eſt optimorum, quàm regalis poteſtas; ſiue cum poteſtate cōiunctum
76 ſit, ſiue ſeiunctum imperium &c. † Verùm reſpondendum eſt, reſecaudo ad viuum, quòd Vlpianus in d. l. 1. deſcribit Principem, in cuius poteſtate lege Regia ſunt omnia; nempe in poteſtate legi-
77 tima, quæ in ratione poſita eſt. † Et quòd uoluntas in ratione eſt; quæ propterea libera eſt libertate Regia; non Tyrannica: quia unà cum ratione ad oppoſita uertitur. ac ita ſemper ſuarum actionum Princeps eſt dominus. Deinde quia regnum unius hominis, qui uoluntate, & ex libero arbitrio imperet, cum ſimpliciter excellat, ex late congeſtis per Bellarminum proxime adductū, cap. 4. iuſtum, & legitimum eſt. Quod ſi ille inſiſtat, verba contextus in d. l. 1. ſignificare potius iudiciū hominis, quàm iudiciū legis. Dec. in c. ſi pro debilitate. n 80. de offic. deleg. quod quidē iudiciū legis, eſt iudiciū ſolius rationis: iudiciū hominis, eſt iudiciū rationis, & libidinis .i. hominis, & beſtiæ. Ariſt. 3. Polit. c. 12. Reſpondetur, quòd Princeps eſt, qui iudicio rationis potius, quàm libidinis

vtitur:

utitur: Tyrannus autem, qui iudicio libidinis, & non rationis, uti uult, ut multifariam nos oſtendiſſe credimus; idque veriſsimum eſſe, pro comperto habemus. Et ad hanc ueritatem propius accedant duo illa pronunciata; de quib. in §. 3. num. 4. & 5. uidelicet; non aliud uult Princeps, niſi quod ſua iura uolunt. Itẽ Princeps non intelligitur alicui uoluiſſe facere præiudicium. Confirmatur etiam iſta reſponſio ex reſponſione ſequenti, Dum etenim dicebamus ab Ariſtotele ſimplicem Monarchiam minime probari; Reſpondetur quòd Rex nõ petitur, eligitur, uel conſtituitur a ſubditis, quatenus ſæpe in tyrannidem uertitur, iuxta Ariſtotelis mentem; utpote quòd ratio, qua reguntur animi appetitus, liberã uoluntatem regere, vel appetitus frenare nõ debeat: uerùm ſubditi potius dicendi ſunt, talem principatũ pati, quàm petere, uel eligere: omnis .n. talis principatus eſt præter, immo contra uoluntatem ſubditorum. & tali caſu ſubditi potius patiuntur, quàm agunt: quia huiuſmodi caſus non proueniunt ex ſubditorum inſtitutione, ſed inſtitutorum uſurpatione, ut habetur in addi-

tament in lib. 1. Reg. cap. 8. per illum textum, ubi reſponſionem iſtam, a nob. iam excogitatam, inuenimus. Quod quidem comprbari poſſe uidetur ex Ariſt. lib. 4. Polit. cap. 10. prope fin. ubi loquens de tertio Tyrannidis genere, inquit: Itaque non eſt uoluntarium imperium: nemo enim eſt ſuę uoluntatis, iuriſque uir, qui æquo animo tale imperium perferat. Et Polyb. lib, 6. Neque tamen, inquit, quælibet Monarchia Regnum dici debet: ſed ea dumtaxat, quæ uoluntario ſubditorum conſenſu conceditur: & magis pro animi ſententia regitur, ac gubernatur, quàm timore, & uiolentia. Nunc autem ad confirmationem eorum; quæ dicta
78 ſunt, accedat, † quòd etſi dominium nõ fundatnr in gratia, aut fide; nec deſcendit ex iure diuino, ſed ex iure gentium:
79 † & propterea infideles etiam ſunt ueri, & ſupremi Principes ſuorum regnorũ, ut per Mart. Nauar. in relect. C. nouit
80 not. 3. num. 60. de iudic. † attamen fundatur in libero arbitrio, & ratione, Bellarminus in lib. 5. de Roma. Pont. cap. 2. & docet D. Tho. de Regim. Princ. lib. 3. cap. 9.

SVMMARIVM.

1 *Abſoluta Principis poteſtas quid importet, & num. 15. ac deinceps.*

3 *Princeps duplicem habet poteſtatem, ordinariam, & abſolutam.*

4 *Principe potentior eſt ratio naturalis: eaque ipſe ligatur.*

5 *Ius honeſtatis exceptum eſt ab omni ſuperioritate.*

6 *Mos mutatur: honeſtum autem permanet ſemper.*

7 *Honeſtum quid, & vnde dicatur.*

8 *Papa eſt Vicarius Dei in terris: & multa poteſt, quæ Deus ipſe poteſt.*

9 *Poteſtas ſub Ratione reſtringenda eſt.*

10 *Imperator eſt Vicarius in temporalibus mediante populo: Summus autem Pontifex immediate.*

11 *Plura Doctorum pronunciata pro extollenda Principis poteſtate, quomodo intelligenda ſint.*

12 *In Imperatorem tranſlata eſt poteſtas legitima, vt commodius Reſp. adminiſtraretur.*

13 *Populus Romanus re, & effectu vſus eſt clauſula: De poteſtatis plenitudine.*

14 *Effectus, non nudum nomen attendi debet.*

16 *Princeps non debet uti plenitudine poteſtatis ſine cauſa.*

17 *Poteſtate ampla conceſſa, non cenſeri conceſſa, quæ illicita ſunt.*

18 *Principi nihil abſolutum eſſe conceſſum, quomodo intelligatur.*

19 *Deus abſolutam poteſtatem alteri conferre non poteſt.*

20 *Poteſtas ſuprema, eſt auctoritas abſoluta, & perpetua.*

22 *Principes omnes, qui ſuperiorem non recognoſcunt, abſolutam habere dicuntur poteſtatem.*

23 *Ciuitates liberæ ſupremi Principis poteſtatē habent.*

24 *Princeps an, & quando circa ius diſpenſare poſſit.*

25 *Doctores non recte loquuntur, cum inquiunt, Principem diſpenſare poſſe circa ius naturale, vel gentium.*

26 *Ius gentium an ſub iure ciuili, vel potius ſub iure naturali contineatur.*

27 *Ratio quare Princeps poſſit diſpenſare in iure humano.*

28 *Aequum, & bonum eſt melius iuſto legitimo.*

29 *Cardinalis Contarenus vehementer inuectus in Iuriſperitos qui deſenſi ſunt. num. 30. &*

in §. præced. ſub num. 62.

31 *Princeps elargiendo diſpenſationes abſque iuſta cauſa in iure mere poſitiuo; male facit: ſed tamen actus tenet, & valet.*

32 *Cauſa iuſta non præſumitur in Principe, quãdo diſponit de ijs, ſuper quibus liberam diſponendi facultatem non habet, ac etiam quando præiudicat in iure quæſito miniſterio iuris ciuilis. n. 34. etiamſi allegat iuſtã, & legitimam cauſam. num. 35.*

35 *Opinio communis quænam vere dicenda ſit.*

§. OCTAVVS.

RELIQVVM eſt, vt oſtendamus, abſolutam Principis poteſtatem, recte intellectam, iuſtam & legitimam eſſe; prout etiam Doctores ple-
1 rique recte eam intellexerunt. † Eſt enim abſoluta Principis poteſtas, merũ Imperium Imperatori per legẽ Regiam conceſſum, vt inquit Bal. in l. Imperium q. 3. ff. de Iuriſdict. om. iud. & repetit in l. eam, quam col. 9. C. de fideicommiſſ. vbi, Conſiderandum eſt, inquit, quòd iu-

re

re noſtro Populus Romanus omne imperium, etiam ſummum, quod appellatur plenitudo poteſtatis, tranſtulit in Principem; quem refert, & ſequitur Dec. in d. l. imperium ſub num. 42. & Baldus ſecutus fuit Bar. in eadem l. impe
2 rium q. 3. n. 6. † Abſoluta igitur poteſtas nil aliud importat, quàm poteſtatē ſupra ius humanum, ſiue poſitiuum, contra quod Papa, vel Imperator ſtatuere, vel reſcribere, & legem condere, et diſpenſare poteſt c. propoſuit de conceſſ. præben. Ab. in c. illa quotidiana num. 2. de elect. Rip. in Reſp. 10. n. 5. ſub tit. de elect. Bal. in Auctẽ. hoc amplius in 2. col. verſ. quæro, an filij Regis C. de fideicom. vbi Rex, inquit, eſt lex animata in regno ſuo, & poteſt plus, quàm lex communis, vel conſuetudo. et in conſ. 241. n. 3. lib. 1. Princeps ſupra omne ius poſitiuum eſt. ac etiam in cõſ. 328. n. 7. in fi. nu. lib. 1. Quicquid enim agitur ſupra legẽ, abſoluta poteſtas eſt. Cui plenitudini poteſtatis nihil reſiſtere dicit in conſ. 456. num. 5. lib. 5. niſi duo tantum, ius ſcilicet diuinum, et immutabile ius naturale, et neceſſarium. Idem repetit Corſet. de Poteſt. Reg. part. 4. nu. 4. & Cac-

cialup. in d.l. imperium n. 35.& tradunt Doctores in c. quæ in Eccleſiarũ de cõſtit. in l. 1. ff. de conſtit. Princ. & in l. fin. C. ſi cont. ius, vel vtil. pub. Et hanc abſolutam poteſtatem Principem habere, expreſſe affirmat Bal. in l. 2. verſ. nota tamen C. com. rer. alienat. & eam poſſidere Papam, & Imperatorem tradit in l. 2. num. 7. C. de ſeruit. & aq. Vnde Alex. in conſ. 30. nu. 10. lib. 5. Nihil aliud eſt vti plenitudine poteſtatis; niſi de derogare iuri communi, ſeu ordinario. idem tradit Felin. in c. nonnulli num. 51. de reſcrip. Corne. in conſ. 278. num. 6. lib. 3. & Alberic. in hac l. Princeps in fine hoc modo: Quando autem dicimus, quòd Princeps eſt ſupra ius, intelligẽdum eſt, hoc eſſe verum, quia poteſt illud ſtatuere, mutare, deſtruere, & exponere, quando expediẽs eſt. quod ſumpſit a D. Tho. 1. 2. q. 6. art. 5. in fin. Accedat Fort. Garzi. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum num. 309. inquit enim: Ex his conſtat, plenitudinem poteſtatis referri ad ea quæ ſunt humana & poſitiua; quaſi dicamus, Summum Pontificem, vel Imperatorem habere poteſtatem liberam, non ſubiectã iuri poſitiuo. vnde ſupra leges a ſe, vel

alijs

alijs poſitas eam poteſtatem exercere poteſt;prout dicimus. abſolutam eſſe in Deo poteſtatem, ideſt, non ſubiectam regulis a ſe ordinatis: ſed inter Deum, & eius Vicarium hæc eſt differentia, quòd Deus,qui omnia poteſt, nulli ſubijcitur, cum ſit cauſa, & principium omnium:ſed Pontifex,vel Imperator ſubijcitur legibus Dei,id eſt, rectæ rationi: quia leges ſunt ſuperiores, & ab eis ſumit ipſe poteſtatem; quam nullo modo poteſt exercere, niſi ſecũdum ipſas, id eſt,ſecundum Rationem. Hucuſque Fortunius.Et concinit Cur.Iuni.in cõſ.
3 1.nu.193. vbi ita inquit: † Princeps duplicem habet poteſtatem:quarum altera eſt ordinaria; quia ordinarie Princeps legibus viuit:altera vero abſoluta, ſecundum quam omnia iura ciuilia tollere poteſt;non tamen ea,quæ ſunt inducta de iure diuino,naturali, vel gentiũ; et eſt communis opinio. et de hac duplici poteſtate pertractat Bal. in l. 2. C. de ſeruitut. et aq. verba ſunt Curtij, not. quidem, declarant enim Bal. in d.l. 2. vbi multis doctiſsimis viris magnum in hac re faceſsit negotium, cum non reſpexerint ad Bartolum

in d.l.imperium.num. 6. & in extrauag. Ad reprim.in ver. Videbitur nu.2. Vbi de eſſe voluntatis eſt,inquit, quòd ſit libera,nec cogi poſſit neceſſitate præciſa.l.cum proponas.C.de hær. inſtit. quæ quidem voluntas, hoc modo conſiderata,intelligitur libera a regulis iuris ciuilis; ſed ſemper remanet limitata regulis iuris gentium. Cui concinit D. Gregor.Nazian. cognomento Theologus.in orat.1.cont.Iulianum Imp. quando ſublime more ſuo inquit: Velle etenim Imperatoris lex eſt,non ſcripta:imperij,& potentiæ patrocinio ſubnixa:& quidem ſcriptis legibus, quæ potentia non fulciuntur,lege firmior, atque valentior. Idē quod Bartolus voluit, etiā Bal.in l. 1.in prin.C.de ſacroſan. Eccleſ. & ī l.ſi quis maior in prin.C. de trāſact. quæ omnia late comprobat Iaſ.in conſ. 105.num.5.lib.1.Quinimo Baldus adductus a Couar.in definitione, quam facit de plenitudine poteſtatis ſecutus fuit Bar.a quo & uerba,ſi recte perpendantur,mutuatus fuit.
4 † Prædictis accedat, quòd etſi Princeps ſupra ius humanum,quod Iuriſperiti poſitiuum nuncupant,eſſe dicatur; non tamen procedit

hoc

hoc(de quo meminiſſe iuuabit)in iure, quod fundatum eſt in hòneſto,& ratione, aut æquitate naturali, vt per Rip. in l.quominus.n.10. ff. de flumin. & late Hippol. de Marſil.in Pract.crim.in §. ſequens.num.39. Bald.in conſil.345. num. 2.lib. 1.& ita optime reſpondet Crauet. in tract.de Antiq.temp.par.1. in princ. num.38.& 46.et in conſil. 241. num. 15. Menoch. de Arbitr. Iud. quæſt. lib. 1. q. 13.nu.3.& ſeq. Vnde Honori. & Theod. Imp.inquiunt in l.2.C.ne fiſc.rem quam vend. euinc. Rectractare Fiſcum, quod ſemel vendidit,æquitatis, honeſtatiſque ratio non patitur. Per quem tex.Bal. in l.quod ex liberta. C. de oper. libert. di-
5 xit, † quòd ius honeſtatis exceptum eſt ab omni ſuperioritate. Quibus accedat Alex.de Ales in 1.par.Sum.q.27.art.
6 1.in reſponſ.ad ulti.ubi † Mos, inquit, mutatur, honeſtum autem permanet ſemper,quia ſimpliciter approbandum eſt. Et quoniam in hac materia abſolutæ Principis poteſtatis magni eſt momenti,& ponderis,honeſti conſideratio;
7 ſciendum eſt, † honeſtum, eſſe virtutis decorem,qui cum utilitate ita eſt coniunctus,vt ſeparari nequeat. Honeſtum di-
citur

citur,quod in ſe ipſo habet vnde deſide retur: vtile verò non habet in ſe vnde expetatur;ſed expetitur ſolum ſicut du cens ad alterum,ſeu propter aliquem finem conſequendum. Et dicitur honeſtum quaſi honoris ſtatus, ideſt,bonum per ſe,vel propter ſe diligibile,aut ſimpliciter,ſicut Deus,aut ſecundum quid, vt ſunt virtutes:quia in ſe habent vnde deſiderentur.Inde Cic.in lib.de offi. ho neſtum ſic definit: Bonum honeſtum eſt illud,quod ſua vi attrahit: & ſua dignitate nos allicit ad ſui amorem. Vide D. Thom.1.p.q.5.art.6. Quibus etiam addendum eſt, quòd cum Doctores, & iura,quæ ipſi adducunt, oſtendere volūt, abſolutam Principis poteſtatem;loquũtur tam de Sum.Pontifice, quàm de Imperatore,vt uidere eſt apud Dec.in c. 1. in 1.lect. nu.49.cum ſeq.de conſtit. poſt Innoc.in c.cum ad monaſterium. nu.3. de ſtat.mona, & poſt alios paſſim, & in Sum.Sylueſt.in §.Papa n.12.& ſequen.ac etiam per Spec.in §.Nunc oſtendendum num.42.cum plurib.ſeq.in tit.de lega.& per Mart.Nauar.in Apolog.de Reddit. q.3.n.6. uerſi. Sexto idem probatur, & eſt glo.in c. quanto de translat. Vnde

Felin.

Felin.in c.cum non liceat n. 22. de præ-
præſum.inquit, Papatus, & Imperium
8 fraternizant. † Nam etſi Summus Pon
tifex vicem Dei gerat in terris, & poſ-
ſit multa, quæ Deus ipſe poteſt, extrau.
Vnam ſanctam de maior. & obedi. can.
maneat 24.q.1. aduertendum tamē eſt,
vt claue non errante operetur, glo. 2. in
c.quanto de iureiur. Ab.in c. venerabi-
lem.num.18.de elect.& in c.fin.num. 12.
de confir.util.uel inutil.Dec.in c. 1.in. r.
lect.num.21.de conſtitu. & per Iaſ.in d.
conſi.145.nu.3.lib.1.ac etiam per Cra-
9 ue.in conſi.241.ſub n.20. † Reſtringē-
da quippe ſub ratione poteſtas eſt, ut in-
quit D.Grego. ad Gudiſcalcum Ducem
10 in lib.8.Regiſtri Indict.3.cap.12† Hanc
tamen uicariā operam Imperator quo-
que Deo impendit in temporalibus, ut
dixi in.6. præced. Quod tamen intelli-
gendum eſt mediante populo, non autē
immediate, ſicut Sum. Pont. Sot. de Iuſt.
& iur.lib.1. q. 1. art.3. Ratio autem di-
uerſitatis eſſe videtur, quia poteſtas re
gia naturali iure in populo deriuatur
ad Regem, ſiue Imperatorem: poteſtas
autem Papalis, ſiue Pontificia ſupra na
turam eſt, & diuino iure in perſona vni

ca,non in cõmunitate primò eſt. quam rationem adducit Caiet. in 2. Apolog. de Comparat. auct. Papæ, & Concilij cap. 11. verſ. 3. tradit late Didac. Couar. in lib. Pract. quæſt. cap. 1. n. 2. & in reg. peccatum in 2. par. §. 9. nu. 6. uide Mart. Nauar. in c. nouit. in 3. not. num. 144. & nu. 88. & ſeq. de iudic. omnino autẽ Robert. Bellar. Controuerſ. 5. lib. 3. cap. 6.
11 tom. 1. † Iuxta uero prædicta intelligenda ſunt annotata in §. præceden. nu. 2. & 3. quæ pasſim Doctores adducunt, licet male, ut dixi in proœmio; ne dicã auro, & argento quandoque inſeruientes, extorqueant; Princeps. ſ. factũ pro infecto habere poteſt, rerumque naturas mutare, & de nihilo aliquid facere. Item non licet diſputare de poteſtate Principis, nec ei dici, Cur ita facis? Et omnia poteſt ex certa ſciẽtia extra ius, & contra ius, poſitiuum ſcilicet, vt declarat Craue. de Antiq. temp. par. 1. in prin. n. 45. & in conſ. 266. nu. 1. & differit in cõſ. 241. n. 1. 2. 3. et 20. & per Rolãd. in conſ. 100. n. 55. cũ plurib. ſeq. lib. 4. Et ita intelligendus eſt Rebuf. in Praxi. Benefic. in reg. De non toll. iur. quæſ. glo. 6. n. 34. quando inquit: Iſta abſoluta poteſtas,

ſtas. eſt poteſtas ,quæ verius diabolica dici poteſt; procedit enim a poteſtate iniurioſa; & eſt contra legem diuinam, contra legem naturalem,ciuilem,& canonicam . ideo qui illa utuntur ineffrenata dominatione;nec non conſultores eorum diabolici ſunt;quos;niſi reſipuerint,posſidebit Infernus,ubi erit fletus, & ſtridor dentium.intelligite qui conſulitis Principibus placentia : et vobis in futurum plurima horrenda præparatis. loquitur enim Rebuffus ſecundum improbatam illorum opinionem , qui voluerunt,Principem de poteſtate abſoluta ius tertij tollere poſſe, etiam ſine cauſa:non autem quando Princeps iuſte utitur poteſtate abſoluta ſupra ius poſitiuum . Quod quidem magis apparet ex ijs,quæ idem Rebuff.dicit in Cõcord.Franc.tit. de Reg. ad Præl. in ver. Plenitudine.vbi affirmat,quòd clauſula de plenitudine poteſtatis ſolet apponi in condendis legibus,ac in arduis; quæ operatur,vt videatur,Principem ſupra ius diſpenſare. c. propoſuit de conceſſ. præben . & clem. paſtoralis de re iud. Neque prædictis refragantur tradita per Alcia. in reſp. 209.num. 7. cum inquit,

quit,

quit, quòd plenitudo poteſtatis nihil aliud eſt, quàm violentia; licet Doctores modeſtiore vocabulo eam ſic appellét, & ideo Populus Romanus nunquam tali clauſula eſt uſus, nec in iure ciuili reperitur, ſecundum Bald. de Pac. Conſtã.
12 in ver. libellarie. † Et in Imperatorẽ translata eſt poteſtas legitima, & ordinaria, vt cõmodius Reſpublica adminiſtraretur. Nam Alcia. in d. reſpon. vim d. Clauſulæ minime percepiſſe videtur. Clauſula enim, De pletitudine poteſtatis intelligenda eſt, de plenitudine poteſtatis bonæ, & laudabilis, non vituperabilis, vel tyrannicæ: nam non dicitur Imperator poſſe, niſi quod de iure poteſt, vt inquit Bal. in conſ. 345. n. 1. lib. 1. Quòd autem d. clauſula adamuſim nõ reperiatur ſcripta in iure ciuili, neque expreſſe illa fuerit vſus Populus Romanus, prout inquit Alciat. etiam in tract. de Præſum, reg. 3. præſ. 8. in fi. & ante eũ Iaſ. in l. quamquam in. 1. not. C. de teſta. & in conſil. 145. ſub. nu. 3. lib. 1. Rip. in rub. de conſtit. et Fernand. Vaſq. in lib. 1. Controuerſ. illuſt. cap. 26. nu. 14. hoc
13 nihil refert. † ſufficit enim, id ipſum per alia verba ſatis nobis ſignificatum, atque

14 atque perſpicuum factum fuiſſe: † Effectus enim, non nudum nomen attendi debet. l. 2. §. ſi ſunt ſui. ff. ad Tertull. gl. in l. filius familias. §. 1. verſi. effectu. ff. quod cum eo. & omne dicitur tale, quale ex effectu perpenditur. l. ſed et ſi poſſeſſori. §. 1. ff. de iureiur. & per Bal. in conſi. 344. lib. 1. late autem per Crau. in conſi. 105. n. 2. ac deinceps. non enim forma verborum, ſed effectus rei animi conſilium detegit, vt ait Bal. in conſ. 95. lib. 3. Et includitur d. clauſula ſub illis verbis: Quod Principi placuit, legis habet vigorem; prout ad rem proprie accedendo reſpondet prudenter Bal. in d. ver. libellarie, quem refert, & approbat Euerard. in loc. A plenitudine poteſtatis, & Reſtaur. Caſtal. de Imperat. q. 100.
15 caſu 7. † Quod autem Alciat. inquit, in Imperatorem translatam eſſe legitimã poteſtatem per l. 1. ff. de conſtit. Princ. & ordinariam, per l. 2. §. nouiſſime. ff. de orig. iur. et l. 1. ff. de offic. præfec. nõ propterea ſequitur per iura, vtcunque per eum adducta, quin etiam plenitudo poteſtatis, vti legitima in Principem trans lata fuerit; præſertim verò ſecundũ noſtram conſiderationem, et iuxta intelle

ctum,

ctum, quem d.l.1.accõmodauimus. immo verò probatur hoc ipsũ dubio procul, præterea quid ſibi vult illud, quod ſæpe legitur apud Ciceronem, Liuium, & alios Romanæ antiquitatis ſcriptores: Senatus Cenſuit; Populus ſtatuit. quid legum ipſa abrogatio, quam Populus Romanus ad libitum faciebat. quid eiuſdem Populi in ſubiectos delinquentes vitæ, neciſque poteſtas. quæ omnia plenitudinem poteſtatis, & quidem legitimæ ſignificare perſpicuum eſt, ex ijs præſertim quæ ſuperius adduxi, atque demonſtraui. Et quæ omnia in Imperatorem translata fuiſſe fatendum eſt, ex d.l.1.et oſtendit Iulianus in d. l. 2. ff. de
16 orig.iur. Quibus addiderim, quòd Princeps non debet vti plenitudine poteſtatis ſine cauſa, vt dixit Inno.in cap. innotuit.n.5.de elect.quem refert, & ſequitur Iaſ.in conſi.145. nu.3 lib.1. præclare autem Andr.de Iſer.in cap.1.§. ſimiliter num.29.de capit. qui cur. vend. & in tit.quæ ſint rega.in ver.Flumina.n. 7.& in ver.Vectigalia num.16.vbi uidendum eſt.Affl.ct.in d.§.ſimiliter nu.15.& Boſſi.tit.de Principe nu. 192. cum aliis adductis per Marc.Mant.in lib.2.Dialo.

cap.

17 cap.22.in prin.† Et confert, quòd poteſtate quamuis ampla, & abſoluta conceſſa, non cenſeri conceſſa quæ illicita ſunt, Menoch.de Arbitr.Iud.quæſt.lib.1.
18 q. 6. n. 77. † Neque prædictis obſtat, quòd nihil abſolutum cuiquam etiam Principi iure ſit permiſſum, vt inquit Didac. Couar.in lib.3. Variar. reſolut. cap.6.num.8.adductus in §.6. Nam hoc verum eſt, ſi conſideremus abſolutã ipſam potentiam uere, ac proprie (ſiue plenitudinem poteſtatis ſimpliciter vniuerſalem, non reſtrictam, nec determinatam, vt docet D. Thom. in 3.ſent.diſt. 37.art.4.ad Card.Hannibal.) quæ in Dei ſola eſt potentia, vt inquit Marſil. Ficin. in Comment.in Conui. Platonis orat.3.
19 cap.2. † Quinimo Deus ipſe abſolutã potentiam alteri conferre non poteſt: non enim poteſt facere alium Deũ æqualem ſibi: cum Deus ſit infinitus: & duæ res infinitæ eſſe non poſſunt, vt demonſtrat Ariſt. in 3.Phiſyc.& tradunt Theologi in 1.ſenten.diſtin.43. Quæ quidem abſoluta Principis potentia, licet ordinaria ipſius Principis dici poſſe videatur, ſecundum Didac.in præd.loco; non propterea ſequitur, quin abſoluta etiã

recte dici poſſit, ad differentiam. ſ. eius, qui definitam habet poteſtatem; et quia quando Princeps legibus humanis dero gat, ſiue aduerſus humanas conſtitutiones diſpenſat; tunc eum recte quidem abſoluta potentia uti dicimus, atque cognoſcimus; dicat Fernand. Vaſq. et inculcet more ſuo quod ſibi lubet in cap.
10 26. Quæſt. Illuſtr. num. 2. † Quæ quidã ſuprema potentia, eſt aliud nihil, ex his quæ diximus, niſi abſoluta, & perpetua in Rempublicam auctoritas. Eſt autem dicta definitio eadem cum illa, quam de Regno abſoluto tradit Ariſt. in 3. Polit. cap. 12. in præced. 8. adductus; (poſitione, ideſt, ordine tantum differens) quando inquit, quòd Regnum abſolutum. eſt illud, in quo vnus aliquis ſtatuit de omnibus rebus; ſuam uoluntatem ſecutus: nec legem vllam habet, a qua nõ poſſit diſſentire. & continetur in l. 1. ff. de conſtit. Princ. (dicant alii quicquid uelint) quando Vlp. inquit: Quod Principi placuit legis habet vigorem: nam lege Regia, quæ dè eius imperio lata fuit, populus ei, & in eum omne ſuum imperium & poteſtatem contulit. Sequitur igitur, ut uerum ſit id quod Doctores inquiũt;

nempe

22 nempe † quòd non tãtum Imperator, & Rex, ſed etiam alij Principes, qui ſuperiorem minime recognoſcunt, abſolutam hanc potentiam habent (licet hoc ualde controuerſum eſſe videatur inter eos; ex iis, quæ tradit Felin. in cap. cum non liceat. num. 13. cum ſeq. de præſcri.) Bar in l. infamem. num. 14. ff. de pub. iudic. & in l. continuus. §. cum quis. nu. 5. ff. de verb. oblig. & eſt deciſio Pau. de Caſ. in conſi. 34. incip. Super primo dubio, quem Doctores paſſim adducunt. Ruin. conſi. 24. num. 17. & conſ. 37. num. 5. lib. 1. ac etiam conſ. 200. nu. 2. lib. 2. tradunt. Ab. & Canoniſtæ in. c. cum Bertoldus de re. iud. & in c. peruenerabilem, qui fil. ſint leg. late Rip, in rub. de conſtit. nu. 7. & 8. Cagno. in procem. ff. nu. 12. Craue. in conſi. 135. num. 2. Natt. conſ. 661. nu. 18. lib. 4. et conſ. 638. n. 40. lib. 3. Rolan. cõſ. 91. n. 3. ac deinceps lib. 2. Alcia. de Præſump. reg. 3. præſ. 8. num. 8. Curt. Iuni. cnnſil. 61. nu. 9. ubi communem dicit. Socin. Iuni. conſi. 98. num. 1. lib. 3. vbi magis cõmunem enunciat, & Rolan. conſi. 1. num. 50. lib. 3. cum aliis late cõgeſtis per Ant. Gab. tit. de Acq. poſſ. concluſ. 2. num. 10. per Craue. de Antiq. Tempo. par. 4. ſect.

Materia iſta n.72. cum ſeq. vbi demonſtrat etiam, quòd iſta communis opinio
23 vera eſt. † Idem dicunt de Ciuitatibus, quæ liberæ ſunt, quòd ſ. iura abſoluti Principis habeant per tex. in l. prohiberi. §, plane cum ſeq. ff. quod ui, aut clã, Bar. in d. l. infamem num. 14. Dec. conſil. 534. n. 2. ubi de cõmuni opinione atteſtatur, Ant. Gab. vbi ſupra in fine num. cum aliis late adductis in vtroque caſu per Andre. Gail. in lib. 2. Pract. obſeruat. ca. 57. num. 7. & in lib. 1. de Pac. pub. nu. 10. & 11. et videndus eſt Caccialup. in repet. l. imperium. num. 34. ff. de iuriſd. om. iud.
24 † Sequitur ẽt, quòd Princeps circa ius diſpenſare poſſit; diſtinguendo tamen ſecundũ Doctores hoc modo: Aut Princeps vult diſpenſare circa ius naturale ſine juſta cauſa, & non poteſt. Didac. Couar. in 2. par. Epit. cap. 6. §. 9. nu. 8. Aut circa ius poſitiuum, & poteſt, etiam ſine cauſa, vt per Feli. in cap. ad audientiam.
25 2. num. 10. de reſcri, † licet Doctores non recte loquantur, cum inquiũt; Principem diſpenſare poſſe circa ius naturale, quod quidem immutabile eſt. Eorum opinio procedere poteſt, ſi diſpenſatio late, et improprie ſummatur, hoc eſt, ſi

ad

ad interpretationem, uel declarationē referatur, vt monuit Didac. in d. §. 9. nu. 2, & ſeq. & Pariſ. in conſi. 68. nu. 194. lib. 4. Id quod ad interpretationem, quæ ex æquitate fit, minime trahendum eſt; nō enim iuſtum naturale vllam expoſcit, immo nec admittit æquitatem: ratio eſt, quam affert Albert. Bolog. in lib. de leg. Iur. et Aequit. cap. 31. num. 5. quia ſi etiam in iuris naturalis interpretatione adhibendam eſſe æquitatem concederemus, cogeremur ea ratione fateri, peccare Naturam, atque humana emē datione indigere. at hoc fieri non poteſt; ſiquidem, ut docet Auerroes lib. 12. Metaph, a Deo ſummo, et opt. tota Natura dirigitur; quem peccare, nec velle, nec poſſe compertisſimum eſt. Quod ipſum ea quoq. ratione confirmatur, quia ſi æquum, & bonum præter legem ſemper eſt: lex verò naturalis ea plane tacito monitu nobis præcipit, atque ſuggerit, quæ ad piè, ſanctèque, & honeſte viuendum neceſſaria ſunt; conſequēs certe eſt, hoc quod æquum, & bonum appellamus, nullo modo poſſe ad legem naturalem accommodari. Improprie etiam, & non bene loquūtur Doctores,

quando inquiunt, quòd in ius gentium cadit diſpenſatio; confundentes ſiquidem ius gentium cum iure naturali, ut uidere eſt poſt alios paſſim apud Sot. de Iuſt.& Iur.lib.3.q. 1. art. 3. et Couar. lib. 3. Variar. reſolut. capit, 6. num. 8. (licet uenia digni eſſe uideantur: nam & Iureconſulti in titu. ff. de Iuſtit. & iur. Iuſtinianus Inſt. de Iur. natur. & de rer. diuiſi. §. ſingulorum, & Gratianus in can. ius autem naturale diſt. 1. ius gentium cum iure naturali confundunt.) cum tamen ius gentium ſub humano potius, quàm ſub naturali iure contineatur, vt oſtẽdit Medina in 1.2.D.Th.q.95. art.4. qui melius, ac enodatius quàm cæteri, quos viderim, rem iſtam maxime
26 dubiam; † Vtrum .ſ. ius gentium ſub iure ciuili an potius ſub iure naturali cõtineatur, ex ijs quæ tradit Albert. Bologn. in lib. de lege Iur. & Aequit. cap. 17. cum plurib. ſeq. vbi multum ſe torquet; explicat, & claram facit hoc modo: Quædam deducuntur ex principijs Naturæ neceſſariò, neceſsitate abſoluta: quædam vero, facta quadam ſuppoſitione. prima illa pertinent ad legem Naturæ; poſtrema uero ad ius gẽtium ſpectant.

ſtant. Adhibitis exemplis illuſtremus rem, Ad conſeruandum genus humanum neceſſaria eſt ſimpliciter & abſolute coniunctio maris,& fœminæ; quæ matrimonium eſt: vinculum perpetuū & indiſſolubile,neceſſarium omnino,vt proles humana ſuſcipiatur, & commode educari poſsit. et ideo hæc coniunctio eſt de iure naturali. cæterum conſiderando, quòd homines,vt in pluribus, ſunt perfidi, & abutuntur bonis matrimonij,introductæ ſunt iuregentium leges nuptiarum,quibus celebretur cōtractus, teſtibus adhibitis. Eſt aliud exemplnm; Neceſſarium eſt ſecundum naturam humanam, vt pecora alantur, & vt ſuppetat victus hominibus; quòd agri colantur. cæterum, præſuppoſita imbecillitate naturæ humanæ,quæ poſt peccatum manſit infecta, & magis inclinata ad bonum proprium, quàm ad bonum commune; neceſſarium fuit ex iure gentium introducere diuiſionem agrorum, et poſſeſsionum: et omnibus rebus diuiſis,neceſſariū fuit,quòd quædam pro alijs commutarentur; et ſic iure gentium introductus fuit numus. Ex hoc ſequitur,quòd iuſgentium medium

eſt inter ius naturale, et ius ciuile. et quoniam medium participat naturam extremorum, partim conuenit cum iure naturali, et partim cum iure ciuili. Conuenit cum ius naturali, quia eſt cōmune cum omnibus nationibus; cum iure ciuili, quia fit conſenſu omnium populorum, expreſſo, vel tacito; et non inſtinctu naturæ. Sequitur ſecundò, quòd ius gentium ſimpliciter pertinet ad ius humanum propter rationem modò aſſignatam. Sequitur tertiò, quòd ius gentium poteſt aboleri auctoritate Reip. nam diuiſio rerum, vt ante dictum eſt, introducta fuit iure gentium. conſtat autem, quòd in primordio Eccleſiæ tota fidelium multitudo habebat omnia in communi. Rurſus ius gentium introduxit, quòd victi ſeruiant victori: at lege Eccleſiaſtica ſtatutū eſt, quod Chriſtiani capti in bello, ſerui non ſint. Vltimò ſequitur, quòd ius gentium in nullo iuri naturali derogare poteſt: quapropter in extrema neceſsitate omnia ſunt communia: in tali enim caſu quiſque tenetur iure naturali vitam tueri: ideo diuiſio rerum, iure gentium introducta, huic iuri derogare non poteſt. ita Medina,

dina, quicquid dixerit Sot.lib. 2.de Iuſt. et iur.q.1.art.4.cui optime quidem reſpondet Medina; eiq. addito notata per Rober. Bellarmi. Controuerſ.5.de Matrimo. ſacram. cap.27. tom. 2. Sed ſi in humano iure Princeps diſpenſet, nulla cauſa ſubſiſtente, eius relaxatio tenet, et valet; licet male faciat, eam conce-
27 dendo. † Et ratio eſt illa, quàm Doctores poſt Innoc. in c. cum ad Monaſteriũ de ſta. mona. et poſt glo. in l. relegati. ff. de pœn. paſſim asſignant, nempe uoluntas eius, ut late per Didac. Couar. in præd. §.9. num.10. Huic tamen rationi refragari videtur Card. Contarenus de Poteſt. Pontificis ſuper cõpoſit. ubi ita inquit: Non igitur pro arbitrio conſtituat leges Pontifex, nõ pro arbitrio diſpenſet: ſed ſequatur regulam rationis naturalis, regulam diuinorum præceptorum, regulã charitatis; quæ in Deũ omnia dirigit, et ad bonum commune, quod eſt maxime diuinum, ad bonum tandem proximi cuiuſque ſecundum Deum. Nec putent, addit, hi Iuriſperiti, ius poſitiuum eſſe arbitrarium: ſed dependere a iure naturali: nihilque aliud eſſe ius poſitiuum, quàm determina

tionem quandam iuris naturalis,ſeu di
uinorum præceptorum ad tempus, ad
locos,ad perſonas,ſtatumque rerũ;quæ
prudenter conſiderata efficiunt,vt con
ſtitui lex debeat,et in diuerſis Prou,n-
ciis leges etiam ſint conſtituẽdæ diuer.
ſæ.itemque pro mutatione temporis,et
rerum ſtatus leges debeant abrogari.
ſimiliter,inquit,in diſpenſatione in le-
gibus voluntas nõ debet eſſe regula,ſed
qualitas illius perſonæ, occaſio, muta-
tio rerum,et temporum:quibus prudẽ-
ter conſideratis, ratione illa naturali,
Dei gratia,charitate,quæ maxima de-
bet eſſe in animo Pontifieis;Pontifex re
28 ctè diſpenſat in lege ſcripta. † Sic Ari
ſtot.inquit in Ethic.lib.5,cap. 10. quòd
æquum naturale eſt melius iuſto legiti-
mo,et quòd ut in paucioribus facit cõ-
tra iuſtum legitimum, illudque corri-
git:hoc eſt ius poſitiuum; hæc eſt eius
natura: non autem eſt ius uoluntariũ,
29 ut perhibent hi Iuriſperiti: † quoniam
radices ueræ doctrinæ,et Chriſtianæ,et
Philoſophiæ ignorant.ita Contarenus.
Verùm enim uerò,ſi res diligenter con-
ſideretur,dicendum eſt, Contarenum
de diſpenſatione rectè locutum, ut per
D.Tho.

D.Thom.1.2.q.92.art.5.et Iuriſperitos
30 minime erraſſe. † Non enim Iuriſpe-
riti affirmant, voluntatem in diſpenſa-
tione in legibus regulam eſſe debere,
ſed rationem; quam in uoluntate eſſe
affirmant; ut late oſtendimus in §. præ-
ced. Plures enim cauſæ diſpenſandi, Iu-
riſperitis minime incognitæ, habentur
in 1. q.7. ubique; quas diſtincte ponit
Sum. Sylueſtr. in §. Diſpẽſatio cum aliis,
de quibus per eum. num. 3. et docet Pet.
de Ancha. in repet. c. 1. num. 2. in 2. oppo
ſit. de conſtit. Præterea quia Iuriſperiti
aſtruunt, Principem diſpenſando abſq;
cauſa, et regula rationis, etiam in lege
humana peccare quoad Deum, ſeu in fo
ro conſcientiæ: et quòd Princeps nõ de
bet uti poteſtate abſoluta ſine cauſa,
quam tamen peccandi licentiam Prin-
cipem minime habere, generatim dixit
Bald. in l. 1. in 3. lect. ff. de conſtit. Princ.
Bene uerũ eſt, quòd Doctores inquiunt,
Principem diſpenſare poſſe in lege hu-
mana ad libitum ex uoluntate ſua, etiã
ſine iuſta cauſa, hoc eſt, diſpenſationem
ipſam ualere ipſo iure, ut inquit Naua.
in ſuo Manua. prælud. 9. num. 11. et eſt aſ
ſertio Caiet. in Opuſc. de Auct. Papæ, et

31 Concilij cap. 12. in fine. † Nam licet Princeps male faciat, et peccet quoad Deum, has elargiendo diſpenſationes; actus tamen ex eo ſecutus ualidus eſt, et tenet, ut diximus, et demonſtrat late Caietanus (Quicquid dicat Gigas de Penſionibus.q.6.) in Comment. D. Tho.in 1.2.q.96.ar.5.in vlt.dubio,vbi late docet,rationẽ huiuſce rei fũdari in auctoritate ipſius Principis;qua poteſt legem abrogare,& in ea abſque cauſa diſpenſare;ad quem Contarenus, uir alioquin doctisſimus, in Iuriſperitos vehementer inuectus, minime reſpexit; neque vidit Ab. declarantem Innoc.in ca. quoad monaſterium de ſta.mona. quando in c.de multa n.10.de præben.ita inquit: Quòd Sum.Pontifex posſit ſupra ius poſitiuum diſpenſare ex ſola voluntate; procedit quoad Eccleſiam militãtem:quia non licet de ſuo iudicio iudicare,ſiue quia nemini eſt licitum diſputare,an Papa licite,& bene diſpenſet: ſecus tamen quoad Deum:nam nõ debet relaxare ius fundatum ſuper bono publico,cũ teneatur ex officio paſcere oues ſuas, & facere ſicut bonus diſpenſator; & quãtum poteſt,ſe conformare cũ uo-

luntate

luntate Dei; & declarat etiam in c. per venerabilem num.4.qui fil.ſint leg. et in c.quæ in Eccleſiarum, num. 17. de Conſtitut. & in c.ad hæc num.4.de præben. cui adde can. cuncta per Mundum. 9.q. 3. Alio etiam modo declarat Fort. Garzi.in l.Gallus. §. et quid ſi tantum num. 298.ff.de lib.et poſthu.inquit enim: Sed Innocentius intelligit, quòd tacite ſubſit cauſa,idque ibidem ſe oſtendere profitetur Garzias num.302.Ac ne hoc quidem videtur mihi ſilentio prætereundũ,quòd etſi cauſa iuſta præſumi videatur in Principe,etiam in his, ſuper quibus Princeps libere diſponere non poteſt,& communis videatur opinio,prout atteſtatur Iaſ. in l. ſi teſtamentum in prin.C,de teſta.Corne.in conſi.60.num. 21.lib.2.Ant.Gabriel.tit.de iur.quæſ.cóclúſ.3.num.4.uerſi.contrariam in principali concluſione,& cumulat late Fernand.Vaſq. in lib. 1. Controuerſ.Illuſtr.
32 cap.25.num.17. † Attamen contraria opinio,quòd.ſ.iuſta cauſa non præſumatur in Principe,uerior eſt, & melioribus rationibus fundata; et cui meritò inhærendum eſt:ſi enim iuſta cauſa præſumeretur in Principe,ſequeretur, quòd per

indirectum

indirectum ius alteri quæſitum,etiam ſi ne cauſa tolleretur,cũ posſibile ſit,cauſam præſumptam in Principe, uel ab eo expreſſam in veritate minime ſubeſſe, prout recte quidem inquit Felin.in cap. quæ in Eccleſiarum,nu.89. verſi. in quo corrolario de cõſtit.ubi affirmat, quòd licet contraria opinio auctoritatibus Doctorum fundata ſit,non tamen in iure probatur.et approbat conſtanter rationem prædictam Dec.inibi.nu.108. et Rip.in c.1.num. 7. de reſcrip.vbi eadem ratione adductus, inquit: Non ſufficit, expreſſam eſſe cauſam, ſed neceſſe eſt, quòd probetur,quòd illa cauſa ſit vera. Et ad dictam rationem minime reſponderi poſſe affirmat Bosſi. tit. de Principe num.189.et veram eſſe oſtendit Craue.de Antiq.Temp.par.1.in prin.nu. 20. uſque ad num.38.vbi rationes latius videri poterunt,et in conſi.135. ſub n. 42. & in conſi.171.num.11.Et pulchrè Fortu.Garzi.in d.§.et quid ſi tantum num. 302. Idcirco tenenda, & amplectenda
33 eſt iſthæc opinio. † Non enim ex multitudine auctorum, ſed ex ratione ius conſtituendum eſt l.1.§.ſed neque.C. de vet.iur.enucle.et inquit Dominus: Nec

in

in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt a vero deuies, Exod.23. ponit Rip.in rub. de conſtit.num.17.in fin.nu. & pulchre per Pinel.& addit in l.2.in 1. par.cap.4.num.43.C.de reſcind. vendit. Et iuſtius,et æquius eſt,illi ſententiæ inhærere,quæ melioribus rationibus fulcitur, etiam ſi Imperator ſit in opinione contraria,vt dixit Ang.in conſi.170.per l.Aemilius.ff.de mino. quē refert Natt. in conſil. 120.num.1.lib. 1. & non ſolùm vnius, aut alterius doctoris, ſed communis maiorum ſententia, iampridem recepta, deſeri debet, vbi meliori ratione conuincitur; id quod iudex acutisſimi iudicicij perſpiciet, vt inquit Ioan.And. ab omnibus approbatus in c. 1. de conſtit.vbi Ab. num. 15. Cui addo Plinium 2. adductum a Panor.in c. Eccleſia veſtra. 2. de Elect. in vlt. not. inquit enim quòd in conſiliis non debent ſolùm numerari perſonæ, ſed ponderari ſententiæ: cum nihil ſit tam inæquale, quàm vbi impar eſt prudentia, ſit par ius, cum latè, et ſignanter congeſtis per Andre. ab Exea in c.cum omnes. num. 287. de conſtitut. vbi videndum eſt; et omnino Lancel.Polit.in repet.l.filium, quem a-

bentemh

bentem.num.150.& 151.C. fami. erciſcun. Et quòd opinio communis non ſit attendenda, ſi opinio paucorum melioribus, & ſolidis fundamentis ſit munita, vltra ſuperius adducta, tradit egregie Curt.Iuni.in conſi.63.num.3.ubi cómunem dicit, late Plaut.in Rub.de ver. oblig.lib.1.cap.1.num.7.vbi communem quoque fatetur, & Ant. Gab.tit. de ſenten.concluſ.7.num.28.29. & 30. Accedat autem prædictis doctiſſimus,& conſumatiſſimus *Mart.* Nauar. in ſuo Manua.cap.27.num.286.ubi ita not.inquit. Non videtur una opinio appellanda cómunis ad effectum præiudicandi alteri, eo ſolo,quòd plures eam ſequuntur;tãquam oues aliæ alias,quæ præcedunt ſine iudicio ſequentes, communiorem.n. ad hoc exiſtimarem illam,quam ſex,uel ſeptem auctores claſſici, rem ex profeſſo tractantes,aſſererent,quàm probatã a quinquaginta, ſola fere auctoritate priorum ductis. quin et arbitror utrãq; ad hoc poſſe dici communem, quando utraque habet octo,uel decem aſſertores graues,& cum iudicio eam delegentes.quo fit,ut non ſit multum laudanda diligentia quorũdam recentiorum, inquirentium,

quirentium, vtrum teneant plures; doctrina enim præfata Ioan. Andr. in c. 1. de conſtit. de ſequenda communi, intelligenda videtur, cum pauci reſpectu aliorum teneant contrarium. verba ſunt Nauar. qui idem repetit in commentar. de Vſuris num. 103. in fin. num. Cui addo Rolan. late in conſil. 41. num. 34. lib. 4. et Hier. Gabriel. in conſil. 100. nu. 24. & in conſil. 101. num. 11. lib. 2. quicquid, inferciés verba, dicat Coratius in tract. de communi opi. lib. 1. tit. 4 Vt enim ait Cic. de Natura Deorum, non tam auctoritas in diſputando, quàm rationis momenta quærenda ſunt. nocet uerò plerumque his, qui dicere volunt, auctoritas eorum, a quibus inſtituuntur; deſinunt enim ſuum iudicium adhibere; id habent ratum, quod ab eo, quem probant, iudicatum vident; vnde probare non ſoleo id, quod de Pythagoreis accepimus; quos ferunt, ſi quid affirmarent in diſputando, cum quæreretur, quare ita eſſet; reſpondere ſolitos: Ipſe dixit: ipſe autem erat Pythagoras; tantum opinio præiudicata potuit; vt etiam ſine ratione valeret auctoritas. hucuſque Cicero. Et Dinon Tarentinorum Dux, vir

bello præclarus, cum Præco dixiſſet: Hæc ſententia ſuffragia habet plura; ſubiecit: Hæc autem meliora. et pauciorum ſententiam iusſit ratam eſſe, vt auctor eſt Appollodorus in Rhytino. Vnde tractum eſt prouerbium: Iſthæc rata eſto, ut in lib. Quæſt. Græcarum refert Plutarchus. Vnde recte quidem dixit Bal. in proœm. feud. num. 1. poſt Celſum in l. ſed an ultro. §. 1. ff. de neg. geſt. Deridendum eſt, quod ratione non fundatur. Eſt autem prudentum ingenuorum. ac illuſtrium virorum; ne, rebus ſemel acceptis, ſeruiliter inhæreſcãt, ut ait Theodoritus de Curat. Græcarum affect. Et Socrates Critoni: Ego autem non modo nunc, ſed ſemper talis eſſe cupio, ut nulli quidem meorum magis parẽdum, quàm Rationi exiſtimem. Et Diuus Auguſtinus Epiſto. 19. et in lib. 2. cap. 3. de Baptiſ. cont. Donat. Solis libris canonicis hunc honorem defert, vt abſque delectu legantur; quibus nulla ineſſe falſitas poteſt. Quibus accedat Medina in 1.2. D. Thom. q. 19 art. 6. verſi. Cæterum, vbi ita inquit: Opinio non dicitur probabilis, ex eo quòd in eius fauorem adducantur rationes apparentes, et quòd

habeat

habeat aſſertores,& defeſores.nam iſto pacto errores eſſent opiniones probabiles.ſed ea opinio probabilis eſt,quā aſſerunt viri ſapientes, et confirmant optima argumenta; quæ ſequi nihil improbabile eſt; ita definit Ariſt. 1. Topicor. cap. 1.& 2.Ethic.cap.4.Huius autem rei (inuolutæ quidem indoctis: eruditis verò manifeſtæ) notitia aperienda eſt magis ex iis, quæ dicit Caiet. in Summul. in ver.Opinione vti;ubi docte,et ſignāter ita inquit: Non enim aliquid opinione tenetur, quia diuerſi Doctores contraria ſentiunt: quoniam cum huiuſmodi contrarietate ſtat, quòd vna pars ſit ratione ſufficiente ad moralem certitudinem fulta; et iam uon eſt opinio apud capientes rationem; ſed quia neſciunt multi diſcernere inter certitudinem moralem,et mathematicam,omnia quodammodo locant ſob opinione. ita Caietanus. Neque Platonē in Gorgia præteribimus,ubi ita inqt: Nihil tā pernicioſum hominibus arbitror,quàm opinionem falſam, præſertim circa iuſtum, & iniuſtum. Diuiditur enim opinio in ueram,& falſam ſecundum Ariſt. 6.Ethic.cap.9.& in calce.1.Poſt. Sed ne-

que defuerunt complures auctores, qui in hac eadem opinione fuerunt, vt.ſ.iuſta cauſa in Principe non præſumatur, relati per Crane.in præcit.loco,& latiſſime Anto. Gabri.in d. concluſ. 3. de iure quæſ.n.1.quibus addo clarisſimũ Sylue. Aldobrand.tot præclarisſimorum filiorum parentẽ in addit. ad Dec. in c.quæ in Eccleſiarũ ſub n.90.de cõſtit.late Poſtil.ad Alex.in conſil.2.num.29.lib.1.Vrſil. ad Afflict. deciſ.14.num.11.ubi adducit Tiraq.de Retra.Ligna.§.1.glo.14.n.49.& per And.Gail in lib.2.Pract.obſer. cap.58.Nec minus Clasſici(iuxta tradita a Mart. Nauar.& per Alciat. de Præſumpti.reg.1.præſ.51.num.3.& 4.ac etiã per Ant.Gab: tit. de Teſtib,concluſ.4.n.86.) qui rẽ hanc exprofeſſo pertractãt, prout Bal.Ab.Felin. et Dec. in d. c. quæ in Eccleſiarum,Iaſ.in d.l.ſi teſtamentũ, et in l.quominus. ff.de flumi.Fulgoſ.in l. fin.C.ſi cont.ius, vel util.pub.Aret.Soci. et Garzi.in l.Gallus.§.et quid ſi tantum. ff.de lib.et poſthu.Alcia.reg.3.præſ. 8.& Craue.de Antiq.Temp.in princ. Quinimo quàm plures affirmant,hanc eandẽ opinionem communem eſſe,prout Abb. in d.c. quæ in eccleſiarum.quem refert.

&

& optime comprobat Rolan.in con.35. nu.15.lib.4.Claud.de Seyſel.in l. ut uim. num.13.ff.de Iuſt.& iur.& commuuiorē dicit Alcia.d.præſ 8.num.4,quem approbat Soatez.in Theſa.recept.ſentent.litera.C.num.31.& magis communem aſſeuerat Craue.vbi ſupra.num.32.quem ſequitur Thobi.Noni.in conſil. 89.nu.24. ab omnibus autem approbatam ait Menochi.de recup.poſſ.in 8.Remed.nu. 63. et in Camera Imperiali receptam atteſtatur And.Gail in d.obſeruat.58.nu. 1. Vnde non uidetur ulterius dubitandū, prout de auctoritate Rotæ dixit Craue. in conſ.17. ſub.num.5.& communiorem dicit etiam Pariſ.in conſi.101.n.7.lib.1. cum aliis,de quibus per Burſat.in conſi. 188. nu.38.lib.2.& per Seraphi.in tract. de Priuileg. Iuram. priuil. 40. num. 3.

34 † Etiam quando Princeps præiudicat in iure quæſito miniſterio iuris ciuilis, iuxta notata in §.6.num. 16. quibus addo nouisſime Menochi. de Præſum. lib. 2.præſ.10.n.23.ubi ueram,& receptam, & nu.52.veriorem, & receptiorem Doctorum ſententiam enunciat, & nu. 62.

35 † Etiam quando Princeps allegauit iuſtam & legitimam cauſam.

SVMMARIVM.

1 *Auguſta legibus ſoluta non eſt.*
2 *Princeps eadem Auguſtæ priuilegia tribuit, quæ & ipſe habet.*
3 *Vxores ſplendent honore Mariti.*

.§. NON VS.

1 QVID autem dicemus in Auguſta, hoc eſt in vxore Principis; † Et eam legibus ſolutam non eſſe, ſed ut reliquum hominum genus obſtringi, uerius eſt, d. l. Princeps, & l. 1. C. de conduct. & procur. præd. dom. Aug.
2 lib. 11 † Plane licet Auguſta legibus ſoluta nõſit, Princeps tamen eadẽ illi priuilegia tribuit, quæ & ipſe habet d. l. Princeps, & l. Fiſcus. §. fi. ff. de iur. fiſci. et eſt
3 ratio, † quia ſplendent honore mariti vxores. l. fœminæ. ff. de Sena. l. uxores. C. de dig. lib. 12. Ita recte quidem, & elegãter inquir Corras. lib. 2. Miſcell. cap. 25. cui ultimo loco adde Tiraq. de Nobilit. cap. 18. vbique. LAVS DEO.

FINIS.

Commentarius hic eſt ſatis eruditus,& nihil continet, quod fidei,aut moribus aduerſetur; ac proinde,illũ imprimi poſſe, cenſeo. Romæ 5.Ianuarij 1594.

M. A. Maſſa.

Vidi,et legi hæc Commentaria;& nihil fidei Catholicæ, aut moribus diſſonum in eis reperi, Immo admodum docta ſunt, & multum vtilia fore legentibus cenſeo. Romæ 21. Ianuarii anni 1594.

Fr. Bernardinus de Agorretta, Procurator Generalis Congregationis S. Bernardi Hiſpaniarum, ordinis Ciſtercienſis.
~~Romæ 21. Ianuarij 1594.~~

A

ABſurdum ab omni quidem diſpoſitione reijciendum eſt.§.7.num. 59.
Aequum & bonum eſt melius iuſto legitimo ſeu iure ciuili;non autem iure naturali. §.8. n. 28.
Alexander Magnus Iuſtitiæ ſubditum ſe eſſe dixit.§.7.n.30.
Antigoni Regis celebris reſponſio.§.7.n. 29.
Ariſtoteles appellauit qualitates natuuales impotentias.§.4.n. 13.
Ariſtoteles in lib.8 Ethic. cap. 10. & in 4. Polit. cap. 2.declaratur.§.7.num.72.
Ariſtoteles Monarchias abhorruit. §.7.n.75.
Auguſta legibus ſoluta non eſt, ſed Princeps eadem Auguſtæ priuilegia tribuit, quæ ipſe habet.§.9.num. 1. & 2.

C

CAſus ſpeciales, in quibus Princeps ex iuſta cauſa poteſt aliquem dominio rei ſuæ priuate. §.6.n.24.
Cardinalis Contarenus vehementer inuectus in Iuriſperitos. §.8.num.29. qui deſenſi ſunt. n. 30.& in §.7.ſub num.62.
Cauſa iuſta non præſumitur in Principe, quando diſpenſat circa ius,ſuper quo poteſtatem non habet. §. 8. num. 32. & 31. etiamſi allegat iu-

ſtam

ſtam cauſam num.32.
Cæſari omnia licent, quomodo intelligendum ſit, quod nota. §.5. n.33.
Chriſtus propter publicam hominum vtilitatem poteſtatem ſibi datam eſſe dixit. §.7.num.12.
Ciuitates liberæ ſupremi Principis poteſtatem habent.§.8. n. 23.
Commune bonum dicitur potentia. §.5.n.34.
Commune bonum eſt, quod æquabiliter æquum eſt.§.5.n.37.
Concluſio latet in ſuis principijs. in Prin. n.1.
Contraria ſimul effici non poſſunt.§. 4.n.6.

D

DEus duas habet poteſtates in vniuerſum orbem.§.7.n.6.
Deus etiam de potentia eius abſoluta non poteſt ea, quæ contradictionem implicant,§.7.n.7.
Deus ſolus quicquid vult, debet velle propria voluntate;ita vt aliam, quam ſequatur, non habeat. §.7.n.10.
Deus non poteſt facere ea, quæ non ſunt rationabilia.§.7.n.53.
Deus abſolutam potentiam alteri conferre non poteſt: non enim poteſt facere alium Deum æqualem ſibi. §.8.num.19.
Dictatores Romani non erant ſupremi Principes. §.1.nu.10.
Doctores non recte loquuntur;cum inquiunt,Principem

cipem diſpenſare poſſe circa ius naturale. §. 8. num. 22.
Doctorum plura pronunciata pro extollenda Principis poteſtate, quomodo intelligenda. §. 8. n. 11.
Dominium non fundatur in gratia, aut fide: nec deſcendit de iure diuino, ſed iure gentium. §. 7. nnm. 78.
Dominium fundatur in libero arbitrio, & ratione §. 7. nu. 80.
Dominij actus non eſt Principis. §. 6. n. 9.
Domini nomen, proprie acceptum, non conuenit niſi Deo. §. 6. num. 10.
Domini titulus omnibus maior. §. 7. n. 12.
Dominus verus duas habet conditiones. §. 6. n. 13.

E

Electio poteſtatẽ determinat ad vnũ. §. 4. n. 8.
Electio eſt voluntatis. §. 4. n. 9.
Electionem bonam facit virtus & perfectio: malam verò vititium. §. 4. n. 11.
Effectus, non nudum nomen attendi debet. §. 8. num. 14.
Epaminondæ dictum, memoria dignum. §. 5. n. 28.
Eſſentiæ ſunt æternæ. §. 1. num. 17.

F

Finis humanæ legis eſt hominum vtilitas. §. 3. num. 12.
Finis humanæ legis bonus eſt. §. 3. nu. 13.
Fortunius Garzias laudatur. §. 6. nu. 5.

Gn.

G

GN. Pompeius, Gn. Pompeij filius, potentia ſua numquam ad impotentiam vſus eſt. §. 5. nu. 11.
Gubernatio quid ſit. §. 4. n. 18.
Gubernatio duo requirit. §. 4. n. 19.
Gubernare rationis eſt. §. 7. num. 24.

H

HOmo eſt optimum animalium, ſi fuerit recte inſtitutus: peſſimus autem omnium, ſi fuerit malis moribus præditus. §. 5. nu. 12.
Homo fert arma per innatā prudētiam. §. 5. n. 14.
Honeſtate ſeruata, quod fieri non poteſt, vinculum reputatur. §. 3. nu. 9.
Honeſtatis ius exceptum eſt ab omni ſuperioritate. §. 8. ſub num. 5.
Honeſtum ſemper permanet. §. 8. n. 6.
Honeſtum quid, & vnde dicatur. §. 8. n. 7.

I

IMperator ſine iure eſſe non poteſt. §. 3. n. 8.
Imperator eſt vicarius Dei in temporalibus, mediante populo, Sum. aut Pontifex immediate. §. 8. num. 8.
Imperatoris poteſtas maxima, & incōparabilis eſt ſecundum aliquos. §. 7. n. 1. ſed declaratur n. 4. & ſeq.
In Imperatorem translata eſt poteſtas legitima. §. 8. num. 12.

In-

Infideles ſunt veri, & ſupremi Principes ſuorum Regnorum. §.7.nu.79.

Iniuriam inferre maximum omnium malorum. §.7.num.66.

Iniuſtitia ferens arma ſæua eſt. §.5.nu. 13.

Intellectus l.1.ff.de conſtit.Princ. §.7.nu. 20. *ac deinceps:omnino autem.nu.* 33.63.& 76.

Iouis ſine Iuſtitia imperare non potuit. §.7.n.32.

Ius gentium an ſub iure ciuili, vel potius ſub iure naturali contineatur. §.8.nu.26.

Ius omne potentius eſt in cauſa, quàm in cauſato, in Princ. nu. 2.

Ius naturale non admittit interpretationem, quæ ex æquitate fit. §.8.*ſub num.* 25.

Iuſtitiæ finis legis eſt. §.5.nu.36.

Iuſtitia reddit vnicuique quod ſuum eſt. §.7.n.65

L.

Legem Regiam tulit Lucius Flaccus Interrex de Sylla Dictatore perpetuo. §.1.nu.2.

Legem ferre, eſt auctorem legis eſſe. §.1.num.3.

Legem ferebant Conſul, Prætor, Dictator, Interrex, & Tribunus plebis. §.1.n.41.

Legem qui præeſſe vult, is Deum, ac leges imperare vult, qui autem hominem, belluam adiungit. §.7.nu. 69.

Secundum legem quæ ſunt dicimur poſſe agere: quæ autem ſunt contra legem, dicimur non poſſe. §.5.n. 10.

Legis

Legis Regiæ fragmentum extat in Capitolio.§. 1. num. 6.

Legibus ſolutus,hoc eſt, qui legibus minime tenetur.§.1.n.13.

Legibus ſolutus quis eſſe poteſt;& tamen ſubditus illi,qui eum legib.abſoluit,remanere.§.1.n.21.

Lex non ſcitur, niſi eius cauſa ſciatur,in Princ. num. 5.

Lex Regia fuit,cauſa, propter quam Princeps legibus ſolutus fuit.§. 1. num. 1.

Lex Regia renouata eſt in Iulio , & poſt eum in cæteris Imperatoribus.§.1.num.7.

Lex eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, prohibens contraria.§. 5.n.6.

Lex,vel reſcriptum continens, vt mihi iuſtitia denegetur,etſi habet clauſulam derogatoriam, nõ tenet,tanquam contra ius naturale. §.6.n.16.

Lex eſſentialiter eſt in ratione,non in voluntate. §.7.num.34.

Lex quoad exiſtentiam pendet a legislatore: non quoad eſſentiam. §.1.n. 18.

Lex quod obliget, eſt participatio quædam legis æternæ Dei.§.1.n.19.

M

M*Agiſtratu dignus non eſt quiſquam, qui non ſit melior ſubditis.§.7.n.74.*

Monarchia ſimplex abſolute & ſimpliciter excelli.§.7.num.71.

Obie-

O

Obiectum Tyranni eſt voluptas: Regis autem quod honeſtum eſt. §. 7. num. 26.
Omnipotens ille ſolus vocatur, qui non poteſt peccare. §. 3. nu. 3.
Opinio communis, quæ nam vere dicenda ſit. §. 8. num. 33.

P

Papa eſt vicarius Dei in terris, & multa poteſt, quæ Deus ipſe poteſt, claue diſcretionis non errante. §. 8. nu. 8.
Plenitudo poteſtatis non extenditur ad aliquod iniquum. §. 6. n. 19.
Plenitudo poteſtatis eſt ad bonum, & non ad malum. §. 5. n. 4.
Poſſe peccare, non eſt aliquid poſſe. §. 3. nu. 2. & §. 5. num. 2.
Poſſumus, quod de iure poſſumus. §. 3. n. 1.
Potentia in coactionem & perſuaſionem diuiditur §. 7. n. 28.
Potentia actiua, eſt principium agendi aliud. §. 2. num. 2.
Potentia actiua, eſt cauſa ut exequens id quod voluntas imperat, & ad quod ſcientia dirigit. §. 2. num. 3.
Potentia rationalis eſt indeterminata ad vnum §. 4. num. 3.

Po-

Potentia naturalis eſt determinata ad vnum. §.4. *num.* 4.

Potentia rationalis eſt contrariorum. §.4.*num.*5.

Potentia rationalis non prodit in actum, niſi per electionem.§.4.*num.*7.

Potentia aliqua dicitur eſſe perfecta, quando defectus poteutiæ non poteſt.§.5.*nu.* 9.

Potentia eius eſt, cuius eſt actus.§.6.*num.*7.

Potentia ſuprema, eſt auctoritas abſoluta, & perpetua.§.8.*num.* 20.

Poteſtas, dicitur legitime poſſe.§.5.*num.*1.

Poteſtas, eſt ratio practica.§.4.*num.*2.

Poteſtas ſub ratione reſtringenda eſt. §.8.*num.*9.

Poteſtas Principis, iuris facultatem denotat; quæ iurisdictionem, tam voluntariam, quàm contentioſam comprehendit. §.2.*num.* 4.

Poteſtas Principis non eſt niſi ad bonum; cognitum per intellectum, electum per uoluntatem, & exequibilem per ipſam Principis potentiam §.2.*num.*5.

Poteſtas transferendi dominium eſt rationis naturalis. §. 6.*num.*9.

Poteſtas Principum quamuis ordinatio Dei ſit, vſurpatio tamen rerum priuatarum; quando violato iure ſit, non eſt a Deo præcipiente, ſed id tamen in punitionem ſubditorum permittente. §.7.*num.* 15.

Poteſtatis legitimus vſus, inſpiramen Dei eſt, §. 7.*num.*

7. num. 16.
Poteſtatis abſolutæ, & ordinariæ diſtinctio in humanis Principibus male a Doctorib. conſtituta, ſecundum Didac. Couar. & Pinel. in §. 6. num. 2. ſed quod immo bene facta fuerit late oſtenditur in §. 8. §. 6. num. 3.
Poteſtate ampla conceſſa, non cenſeri conceſſa quæ illicita ſunt. §. 8. num. 17.
Principis nomen Tyranno non conuenit: ſed illi tãtum qui iuſte dominatur. §. 1. num. 9.
Princeps legibus ſolutus eſt lege Regia. §. 1. nu. 1. & 5.
Princeps dictio Imperatorem deſignat, §. 1. nu. 8.
Principes quis, & vnde dicatur. §. 1. n. 12.
Princeps an legibus, a ſe latis, ſubijciatur. §. 1. n. 14.
Princeps in foro conſcientiæ legib. ſubijcitur. §. 1. num. 16.
Princeps qui legib. ſubijcitur, vere liber eſt. §. 1. num. 20.
Princeps eſt ſupra ius poſitiuum. §. 8. num. 2.
Princeps non eſt ſupra ius naturale, vel diuinum §. 8. num. 3.
Princeps non aliud vult, niſi quod ſua iura volunt §. 3. num. 4.
Princeps nõ intelligitur alicui voluiſſe facere præiudicium. §. 3. num. 5.
Princeps non poteſt facere, niſi quod iuſtum & bonum eſt. §. 3. num. 7.

Prin-

Princeps debet viuere ſecundum leges, quia ex legibus eius pendet auctoritas. §. 3. num. 10.

Princeps pro communi hominum vtilitate creatus eſt. §. 3. num. 11.

Princeps eſt Mundi dominus, quoad bonum, non quoad malum. §. 5. num. 3.

Princeps non poteſt facere legem, quæ contineat quid inhoneſtum, aut iniuſtum. §. 5. nu. 5.

Princeps non poteſt mihi auferre dominium rei meæ. §. 5. nu. 7.

Princeps habet iuriſdictionem à Deo. §. 5. nu. 8.

Princeps vtilitatem ſubditorum propriæ ante ponere debet. §. 5. nu. 16.

Princeps in operibus ſuis debet intendere bonum gentis, quod eſt diuinius, quàm bonum ſingulare. §. 5. nu. 21.

Princeps eſt tutor Reip. §. 5. nu. 27.

Princeps eſt pater communis. §. 5. nu. 30.

Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt mihi auferre dominium rei meæ, etiam nulla ſubſiſtente cauſa, ſed in contrarium num. 2. ac deinceps, ubi quòd nec indirectò. §. 6. nu. 1.

Princeps de iure diuino non eſt dominus ſubſtantiæ populi, uel ſubditorum. §. 6. nu. 4. & 15.

Princeps non poteſt quempiam priuare dominio rei ſuæ, etiam ſi ille, de cuius iure agitur eſſet infidelis, uel iudæus. §. 6. nu. 17.

Princeps auferendo ius quæſitum ſine cauſa, appellatur

pellatur tyrannus. §. 6. nu. 18.
Princeps quamuis habeat iuriſdictionem generalem, non tamen rerum priuatarum dominium habet §. 6. nu. 21.
Princeps non poteſt auferre ius alteri quæſitum de iure ciuili. §. 6. nu. 20.
Princeps in quibus caſibus ex iuſta & legitima cauſa poſſit aliquem dominio rei ſuæ priuare. §. 6. num. 22.
Princeps eſt Deus in terris. §. 7. nu. 2.
Princeps de plenitudine poteſtatis omnia poteſt. §. 7. nu. 4. intellige prout in §. 8. num. 2. ac deinceps.
Princeps vti debet ſua poteſtate cum ratione & ſapientia ſemper. §. 7. nu. 11. & 17.
Princeps a Deo conſtitutus eſt, vt faciat iuſtitiam, & iudicium. §. 7. num. 13.
Princeps a rationis lege ſe eximere nequit. §. 7. num. 64.
Princeps qui omnibus dominatur, omnibus etiam virtutibus præditus eſſe debet. §. 7. nu. 73.
Princeps duplicem habet poteſtatem ordinariam, & abſolutam. §. 8. nu. 3.
Princeps non debet uti plenitudine poteſtatis ſine cauſa. §. 8. num. 16.
Princeps an, & quando circa ius diſpenſare poſſit §. 8. num. 24.
Princeps elargiendo diſpenſationes abſque iuſta

cauſa, male facit; actus tamen tenet, & valet. §. 8. *num.* 31.

Principatus omnis, omneque regimen ob commune bonum publicamque hominum vtilitatem quòd inuentus fuerit auctoritatibus late probatur. §. 5. *num.* 15.

Principatus rationis eſt. §. 7. *num.* 44. *declaratur. num.* 55.

Principatu in, & regimine duo conſiderantur. §. 4. *num.* 24.

Principari eſt inter reliquos priorem exiſtere. §. 7. *nu.* 25.

Principe ſuperior eſt ratio & æquitas naturalis; Eaque ipſe ligatur; non autem ciuili. §. 8. *nu.* 4. & ☞ 1. *num.* 14.

In Principe translata eſt poteſtas legitima. §. 3. *num.* 6.

In vero Principe tria requiruntur. ☞ 7. *nu.* 14.

Principem eſſe ad bonum publicum rationibus probatur. ☞ 4. *nu.* 18. & *ſeq.*

Principes, qui lege Regia legibus ſoluebantur, limitatam poteſtatem habebant. ☞ 1. *nu.* 11.

Principes a Deo creati ſunt, non vt propria lucra quærant, ſed publicam populi vtilitatem procurent. §. 5. *num.* 18.

Principes non ſunt domini, ſed adminiſtri, & diſpenſatores reip. ☞ 6. *ſub num.* 15.

Principes qui ſuperiorem non recognoſcunt, ab-

ſolutam dicantur habere potentiam. §. 8. numero 21.
Principes non ſunt domini, ſed miniſtri Dei. §. 6. nu. 11.
Principi lex imponi non poteſt. §. 7. nu. 3.
Principi nihil abſolutum eſſe conceſſum, quomodo intelligatur. §. 8. nu. 18.
Principis merces, honor, & gloria. §. 5. nu. 24.
Principis ſimulachrum ab Aegiptijs repreſentatum. §. 5. nu. 35.
Principijs credendum eſt, magis quàm concluſioni in Princ. nu. 3.
Principio malo quæ inchoata ſunt, vix eſt, vt bonò exitu peragantur in Princ. nu. 7.
Principium, cuiuſque rei potiſsima pars, in Prin. num. 6.
Populus Romanus re & effectu vſus eſt clauſula: De plenitudine poteſtatis. §. 8. nu. 13.
Publica ciuilis poteſtas, quomodo ordinatio Dei ſit. §. 4. num. 21.
Publica ciuium vtilitas communeque bonum, eſt quod æquabiliter æquum eſt. §. 5. nu. 37.

Q

Quæſtio ardua, & ſcitu digna. §. 7. nu. 68. eius reſponſio habetur. nu. 76.

R

Ratio naturalis Principe potentior eſt, eaque ipſe ligatur. §. 8. nu. 4.

Ratio non decipitur, nec decipit. §. 7. *num.* 18.
Ratio quid ſit. §. 7. *nu.* 35.
Ratio naturalis, & prudentia regulant actus humanos. §. 7. *nu.* 46.
Ratio, uti princeps, ſuper hominum quiete, & ſalute ordinata eſt. §. 7. *nu.* 50.
Ratio, quare Princeps poſsit diſpenſare in iure humano. §. 8. *nu.* 27.
Ratione qui non utitur, non eſt homo, ſed beſtia. §. 7. *nu.* 54.
Rationi ſeruire ſumma libertas eſt. §. 7. *nu.* 45.
Qui cum Ratione altercari contendit, res, & iuriſdictiones aliorum occupando, Naturæ ſe opponit, & bellum cum Deo ſuſcipit. §. 7. *n.* 51.
Rationis plura attributa, pulchra quidem. §. 7. *num.* 36. *vſque ad nu.* 44.
Ad Rationem omnes animæ potentiæ reducuntur. §. 7. *num.* 48.
Reges, & Principes non proprie domini ſunt. §. 6. *num.* 11.
Reges minime dicti ſunt primi iuſti, ſed Paſtores Pecorum. §. 6. *nu.* 15.
Regimen eſt opus rationis. §. 4. *nu.* 1.
Regimen non habet ſuam bonitatem, niſi a ratione. §. 7. *nu.* 47. *& vide in uer. Principatus.*
Regimen omne ad Deum reducitur. §. 7. *nu.* 49.
Regnum non eſt propter Regem, ſed Rex propter. Regnum. §. 5. *num.* 17.

Regnum

Regnum eſt ſplendida ſeruitus. §. 5. nu. 32.
Regnum abſolutum quando ab Ariſtotele approbetur. §. 7. nu. 70.
Regia poteſtas vocatur dominatus vnius, vtilitati omnium conſulens. §. 5. nu. 22.
Regia poteſtas in eo comparata eſt, vt populo bonum eſſet præſidium. §. 5. nu. 23.
Regis nomen non dignitatis ſolum, ſed officij quoque eſt. §. 5. nu. 31.
Res quoad exiſtentiam pendent ab agente; non quoad eſſentiam. §. 1. nu. 16.
Res publica res populi eſt, non Principis. §. 6. num. 6. & 7.
Rex dicendus eſt, qui ciuitates, & homines felices reddit. §. 5. nu. 19.
Rex prodeſſe, & non obeſſe debet. §. 5. num. 20.
Rex in quo differat a tyranno. §. 5. nu. 26.
Regis eſt, vitam ſuam pro his quibus regnat opponere. §. 5. nu. 29.
Rex dicitur a regendo, & conſulendo; non a regnando, & dominando. §. 6. num. 14.

S

Scientia legalis per cauſam procedit, in Prin. num. 4.
STATVS CAVSÆ Vox non bene reſonat. §. 7. num. 67.

Symbo-

Symbolum nonnullorum Principum. §.5.nu.25.

T

Tituli, quibus homines regna atque imperia poſſidere ſolent, plures ſunt. §.2.nu. 1.
Traiani memorabile dictum. §. 5.nu.18.
Tyranni opus quod nam ſit. §. 7.nu. 31.

V

Velle malum non eſt libertas, ſed quoddam libertatis ſignum. §.4.nu. 16.
Verbum Auferre, denotat per vim tollere. §. 6. num. 3.
Verba ad intellectum poſsibilem referenda ſunt. §.7.nu. 5.
Virtus eſt vltimum potentiæ. §. 4.nu.17.
Voluntas, & poteſtas idem prorſus ſunt in Deo; non autem in Principe. §.7.nu.9.
Voluntas in pluribus vertibilis ad malum. §. 4. num. 10.
Voluntas etſi male poſsit eligere, hoc tamen non pertinet ad eius potentiam, ſed ad eius impotentiam. §.4.nu. 12.
Voluntas eſt impotens, quatenus malum eligit. §. 4. nu. 14.
Voluntas quòd poſſit malum eligere, non repugnat libertati arbitrij. §.4.nu. 15.
Voluntas Principis, etiam ſine ratione conſiderata, eſt cauſa, & norma ferendarum legum ſecundum aliquos. §. 7.num. 19. ſed contra nu. 24.

num. 24. ac deinceps.
Voluntas in ratione eſt. §. 7. num. 23.
Voluntas, quæ in ratione eſt, libera eſt; libertate regia, non tyrannica. §. 7. nu. 77.
Voluntas eſt regina: intellectus autem rex, & Imperator. §. 7. nu. 60.
Vuluntas non eſt regula actionum alicuius creaturæ. §. 7. nu. 61.
Voluntas dicitur ſecundum quod aliquid abſolute appetit. §. 7. nu. 22. in fin. nu.
Voluptas, eſca malorum omnium. §. 7. n. 27.
Vxores ſplendent bonore mariti. §. 9. nu. 3.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

ERRATA.

17 iulit tulit 33 Cui † Cui 34 comprehendi. comprehendit. 37 ſine iura ſine iure 40 honos honor fiei heri 49 fœlices felices 71 Gubernatos Gubernator 72 ſaxum. ſaxum 79 orig. iur. orig. iur.) 80 Taſq. Vaſq.
97 dicunt.n.multa,ſed inepte quidem,qualia ſunt (vt ipſi dicunt,ſed inepte quidem,qualia alia multa)
106 ſit, ſit, 124 Theologis Theologia 130 ſeruus. ſeruus 136 & nu. 15.& nu.2.15. 149 35 33 153 honeſto, honeſto, 162 Quæ quidam Quæ quidem 164 Sequitur ĕt,quòd Sequitur etiam,vt